

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Bernhard Peter Karl Johann Joachim Reuß

**Ex. Antiquitate. Sacra. Disquisitionem. Historico-Criticam. De. Versione. Syra.
Novi. D. N. I. C. Testam.**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796722331>

Druck Freier  Zugang





C I a - 452(1) - 29.

1824

De Antiquit. & Autorit. Veris Syr. N.T.

^{SHM} EX. ANTIQUITATE. SACRA.
DISQVISITIONEM. HISTORICO-CRITICAM.

DE.

VERSIONE SYRA.

NOVI. D.N. I.C. TESTAM.

QVA. NONNULLA. CIRCA. EJUS.

ANTIQUITATEM. ET. AUTORITATEM.

DUBIA.

MODESTE. PROPONUNTUR.

ET. ERUDITIORUM. EXAMINI.

AD. MELIOREM. INFORMATIONEM. SUBJICIUNTUR.

PRÆSIDE.

VIRO. PLUR. REVER. PRÆCELENT. ET. CLARISSIMO.

DN. M. BERNH. PETR. 

OSNABRUGA WESTPHALO.

ORTHODOXÆ. QUÆ. IN. ÆDE. & CATHARINÆ.

QVONDAM. DICATA. IBI. DEO. COLLIGITUR. ECCLESIAE.

MINISTRO. VOCATO.

PATRONO. AC. FAUTORE. SUO. PLURIMUM. COLENDO
IN. FLORENTISSIMÆ. ROSTOCHIENSIS. ACADEMIÆ.

ACROATERIO. MAXIMO.

INDULTU. SUPERIORUM

AD. DIEM. XXX. MAJI. A. O. R. MDC. IIIC.

PUBLICE. VENTILANDAM. EXHIBET.

RESPONDENS.

JO. JOACH. REUSS. SEEH. PALÆO-MARCE



RostochI, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

IN COMPARABILI. THEOSOPHORUM. PARU
VIRIS

SUMME. VENERABILIBUS. MAGNIFICIS.
EXCELLENTISSIMISQ. DNN.

DN. JO. FECHTIO.

THEOLOGO. DOCTORI. ET. PROFESSORI.
TUM. DE. NOSTRA. HAC. ACADEMIA. TUM. DE. UNIVERSAIS
J. C. ECCLESIA. IMMORTALITER. MERITO. CONSISTORII.
DUC. MECKLENB. ASSESSORI. GRAVISSIMO. DISTRICTUSQ.
ROSTOCHIENS. SUPERATTEND. VIGILANTISSIMO,
ET. SUMME. REV. COLLEGII. THEOL. NUNC.
DEGANO. MAXUME. SPECTABILI.

ET.

DN. JO. NICOLAO.
QVISTORPIO.

SS. TH. DOCTORI. CELEBERRIMO. E JUSDEMQ.
IN. PATRIA. ACADEMIA. PROFESSORI. EXCELLENTER. MERI-
TO. ECCLESÆ. QVÆ. IN ÆDE. S. NICOL. SACRA. DEO. COLLIGI-
TUR. PASTORI. VIGILANTISSIMO. ET. PL. REV. MINIST.
HEIC. LOCI. DIRECTORI. LONGE.
GRAVISSIMO.

PATRONIS. PRÆCEPTORIBUS. ET. IN. J. C.
PATRIBUS. SEMPERNO. OBSERVANTE. CULTU.
DEVOTE COLENDIS.

SCHEDIASMA. HOC. ACADEMICUM.
AD. BENIVOLAM. CENSURAM. OFFERUNT.
INQ. GRATI. ANIMI. TESTIMONIUM.
SACRUM. ESSE. CUPUNT.
PRÆSES. ET. RESPONDENS

PRÆFAMEN.

בְּשָׁמֶן רַמְשִׁיחָה

Multa sunt, quæ in lingua Syriaca dignitatem ac commendationem & dici possunt, & à Doctissimis etiam Viris, ut B. Jac. Marotini, in pref. N. T. Syr. Trostiani, VValtono, in Appar. ad Bibl. Polygl. Anglie, Proleg. 13. & in Dissert. de Lingg. Orient. Leusdenio, in pref. Schel. Syr. Dilherro in pref. ad Rudiment. Syr. B. Dn. D. Pfeiffero in Crit. S. p. 288. Excell. Dn. Dantio in Dedic. Aditus Syr. reclusi, aliisque, allata fuerunt. Ne enim nunc de eo dicam, quod iphi Marotini, Libani montis accolæ, interque illos Georg. Amira Pralud. 1. Gramm. Syr. sive Chaldaic. & Theodoreetus, itidem Syrus & Cyri in Syria Episcopus, Quæp. XII. in Gen. isti linguae etiam περιπλοιας deferant: (in eo enim frustra illos, cum totaliis nationibus, suam etiam hoc nomine ostentantibus, desudare, catis constat, egi pollicem illis Ath. Kircherus pressisse videatur, in Oedip. Ægypt. T. II. Class. 2. p. 51, ubi eandem antiquissimam idiomaticam sive usalem vocat;) plurimum sane hanc linguam ingens ille, ac varius-qvem in sacratum Theologiam, tum Historia præstat, usus, commendat. Enim vero, etiæ hodie, postquam Muhammedis impietas invasit Orientem, paucis saltem circa Libanum oppidis, vernacula ea sit; Eruditorum tamen eam ibi adhuc censeri linguam, ac Sacra sua in eadem celebrare multas Christianorum, per magnam Orientis partem, Sectas (qvorum prolixum dedit Catalogum Ed. Breretondus in scrut. Rel. c. 17. p. m. 149. sqq. Conf. Hotting. Topogr. Ecclesiast. p. 120.) etiam eas, quibus ceteroquin vel Turcica, vel Arabica, vel qvæcunq; alia lingua vulgaris est, Breunio, in Itinerar. Orient. Brocardo, in Descr. Terre S. & Rauvvolio in Lijner. L. 3. C. 18. ex αὐτογιδι testibus, accepimus, unde lingua hujus ope non parum, ad pernoscendas Ecclesiarum Orientalium res, nos adjuvari patet. Nec adeo nulla etiam ad Ser. S. explicationem inde haurire poterimus, cùm & quedam Veterum Commentaria ad libros Biblios hæc in lingua extent, nimis Ephremi, Jacobi Syri, & aliorum, quæ partim edita sunt, partim vero adhuc in Bibliothecis delitescunt, teste VValtono, in Prolegom. 13. quorum & multa Hottingerus nominat in Biblioth. Orient. Imprimis vero eam egregium in Theologiam Exegeticam transfundere usum, ex eo liquet, quod ex ipsa tot Radicum, in Ebraismo dudum desuetarum, adeoque jam dubiarum, genuinæ significaciones, non minus quam e Chaldaica, Samaritana, Arabica, aliisque Orientalibus linguis, tam feliciter restituantur, uti vel Schindlerii, Hottingeri & Castelli Lexica Harmonica id abunde probant; quod ex eadem tot peregrinæ voces, in Graeco N. T. textu passim obvix, tam mirificè illustrantur, uti id B. Glassi in Phil. S. Dn. D. Pfeiffer. in Dubb. Pex. P. II. Otto Gualtherius in Spilogae Socum Exot. N. T. G. Pasor in Eym. Nom. prop. N. T. Laur. Fabricius in Reliquis Syri, Ang. Caninius ad Lora Obs. N. T. aliisque præstiterunt; Quodque adeò nec N. T. Græcæ, nec Veteris Ebraicæ intelligi satis ubique posse, sine hujus lingue auxilio: In V. enim Test. etiam in vocibus maximè indigenis, tum formationi, tum constructioni servire subinde cernitur, quæ ea, quæ Lud. de Dieu, in pref. Gramm. Ling. Orient. & passim.

A

& passim per totum istum Librum, annotavit; nec non quæ à Danzio l. d. observata sunt, pertinent. Et de Novi imprimis T. Phrasologia Cl. Dia in laudata prefat. scribit: Phrasin Evangelistarum & Apostolorum Graecam esse, neminem atticum dictum, sed eos Syriacè conceperisse, quia Graeci scripserint, & lingua vernacula (Syriacam innuit) emphasi peregrinu (Græcis) verbis indidicesset quod ipsum & B. Jac. Martini in pref. N. T. Syr. Trostiani tam graviter monuit. Duo tamen præcipue sunt, quæ vel imprimis in summum dignitatis fastigium Syriacam linguam evocerunt, alterum: quod celeberrimæ cum V. tum N. T. Translationes Syriacè extant, quarum hæc imprimis, tanquam circa Apostolorum jam tempora, vel ab Apostolo quodam, vel ab Apostolico certè Viro, fideliter & Græco traducta, digna esse creditur, cujus arbitrio, dissentientibus inter se Codicibus græcis, meritò stetimus; alterum: quod eadem Sanctissimi Sosipatoris nostri (cui vernacula illa fuisset putatur) ore, Deique Patris etiam voce cœlitus ingeminata (v. Matth. iii. & xvii.) non honoratam tantum, sed & consecratam, cum V. Vidman studio, in pref. N. T. Syr. Philologorum quidam Primipilares, Crinesius, Trostius, Guld. Fabric. Bodonianus, Buxtorff. Lightfoot. Laur. Fabric. Massius, Jac. Mart. Andr. Sennertius, Frantzius, Leusden. Gualper. Leigh. Dillard. Pocokius, Gutbirius aliisque arbitrantur. Quæ duo eti lingua hanc commendatissimam omnibus facere, multisque aliis præferre jure possent, mihi tamen semper ubiore digna visa sunt inquisitione. Evidem quod ad ultimum hoc attinet, illud jam a J. J. Scalig. L. 4. Epist. 449. Barth. Mayero Pbil. S. L. 1. C. 2. L. 2. C. 2. Brerevodo in Scrut. Ling. C. 9. Dn. D. Pfeiffero in Crit. S. p. 64. sq. & Dn. Dantio l. d. negatum esse video, nec, ut mihi videtur, sine ratione. Etenim illam procul dubio Christo vernacula fuisse oportet quæ Targumim & Translationes Chaldaica Jonathani & Onkelosi, circa eadem ferè tempora in vulgi Judaici usum adornata, sunt conscriptæ; at illam Syriacam dicere nos possumus, de qua h. l. sermo est, scilicet Maroniticam, quæ & Antiochena & Comagena, à locis ubi viguit, dici solet; et si alias Syriaca, ut studiè tum Scaliger tum Pfeifferus, dd. monuerunt, tam latè etiam accipi possit, ut ipsi Aramaea equipolleat, quod quidem sensu nemo negabit, per eam, uti alias Babylonica lingue Dialectos, ita & illam Targumicam, Christo vernacula, intelligi bene posse. Heic verò triplè Aramaam, Syriacam illam, quæ Maronitica appellatur, intelligimus, quam quod odiò fermè prosecuti sint Iudei, ex Tract. Talm. Babyl. now obscure colligitur, ubi f. 12. Column. 2. hæc monentur:

כל הרשות נוקין לו שאין ארקי מלאכין בלאו רשות סכירין בלאו ארמי

i.e. Omnis qui petiti sibi necessaria, lingua Syriacâ, ei non adjunguntur angelim missivantes; (ut scilicet ad Deum preces deferant, quia non intelligunt angelii ministri linguam Syriacam). Conf. ibid. in Tr. סוטח fol. 33. Col. 1. & in Tract. e. 2. Immè neque Syriacam ab ipsis Iudeis communiter intellectam esse, facile patet ex Talmud. Hierosol. Tr. fol. 24 Col. 2. ubi Samuel parbus morti proximus, dixisse traditur:

שמעון וישראל לחרבה ושרא סגיאין הוין ובלאו ירש מרים אמרן

כל עמתך לרבייה ועקיין סגיאין הוין ובלאו ריש מרים אמרן

Simon & Ismael ad gladium, & residuum omnis populi ad prædam, & calamitatem multam trans. Sed in lingua Syr. logebatur

PRÆFAMEN.

3

illa, id est non intellexerant, quid diceret. Sed porro voces peregrinæ quibus Christus & Apostoli in N. T. usi passim deprehenduntur, ex lingua ista Syriaca exponi satis non possunt cum pro **ρωβρατ** Joh. XIX. 15. Syrus habeat **אָבִרְהָמָן** pro **ρωλαστ**, **Μανᾶ** pro **Μαρᾶ** **אַדְנָי**, **I. Cor. XVII. 22. נָרָן אֲחָרֶנָּם** pro **Φθαρά**, **Marc. VII. 34. אַתְּפָחָח** **אָנְשָׁלָגָע** atq. I. 19. **לְקֹחַל רַמָּא** pro **וְתָאָרָה** **Matt. XXI. 9. אָוְשָׁעָנָה** pro **Μαρμονָה** **Matt. VI. 24.** **מְמוֹנָה** pro **גָּדְלָה** **Marc. V. 41.** **דְּלִיחָה** &c. Sic & Syrinon solent suffixo **תָּאָ** vocalē Chōzō præmittere, quod tam aliter se habet in vocibus istiusmodi Novo T. immixtis, v. g. **רָאָבָבִי**, **רָאָבָבָרִי**, **אָגָמִי**, ubi semper diversè loquentem habemus Syrum. Hinc & cum Iesus in Cruce suspensus **נָלֵי נָלֵי λαμπὰ ουβαχθαι** exclamaret quæ sane verba esse Chaldaica, facile quis intelligit, unde & in Syr. Vers. Matth. XXVII. 47. planè aliter leguntur (occasio adstantibus data est dicendi: **Eliam** ab eo invocatum esse; quod nondixissent, nisi clarè **τὸν** in fine contra Syriacæ lingue indelem pronunciasset. Ne quid nanc de Dagestān forti dicam, quod in Christi lingua non insitum fuisse, ex aliquot jam allatis vocibus patuit, cum tamen illud Maronitæ ignorent penitus, ut accuratè Dieu (**γνήσιο** **έ μαργης** ipsorum Syrorum, G. sc. Amira & Gabr. Sionitæ) L. i. Gram. Harm. Cap. V docuit. Nec v. dici hic poterit, forsitan dialecto tantum discrepare Christi Vernacula l. Hierosolymitanam, à lingua ista Syriaca l. Antiochenavel Maronitæ, & Radices tamen adductarum vocum omnes in Syriacæ reperiri. Puto enim omnino concedi posse, diversas esse dialectos, Samaritanam, Babyloniam, Hierosolymitanam & Syriacam linguas, utpote Aramaeæ subordinatas, inde autem jam apparere, aliam esse Syriacam, quæ circa Libanum montem & Antiochiam, nunquam vero Hierosolymæ, obtinuit; aliam vero eam, quæ Christo Vernacula fuit. Sane enim lingua Aramea, respectu tam variarum dialectorum, Slavonica similis est, quæ similiter plures sibi subordinatas, sed inter se diversas linguas, Bohemicam puta, Polonicam, Vandalicam, Bulgaricam &c. longè tamen à se invicem abeunte, involvit. Sed hac de re plura mallem alibi; nunc propositum mihi est in alterum illud paulo accuratus inquirendi, quod certior hanc num tantæ ut putatur antiquitatis & autoritatis sit ista quam dixi Syriacæ N. T. Versio, nec no? Qvod ut faciam, non tot Clariss. Viris contradicendi pruritu, sed veriora discendi desiderio me stimulari profiteor, quo etiam animo Eruditiorum nunc examini hos meos circa hanc rem scrupulos, ut vel sic mihi eximerentur, Academico more subjecere volui. Quare apud omnes æquos & bonos harumque rerum intelligentes veniam me facile consecuturum confido, si sententiam ab eorum fortassis mente alienam hic a me propositam, suam vero impugnatam legerint. Sed rem nunc ipsam, Aratum imitati (in Carm. Astrol.) & Theocritum, (c. id. XVII. de Land Prof. Philad.) cœs dies deχάμεται!

A2

§. Jn.

§. I.

Nter omnes illas, in quas N. Test. translatum hactenus est, Versiones, nulla tum antiquitate tua auctoritate superior Syriaca esse creditur, cum principatus ipsi tantum non ab omnibus certatim q̄s. deferatur. Pontificii quidem, insigni quadam contradictione Vulgatam Latinam pro authenticā babendam, & a nemine quōvis prae textu rejiciendam, in Tridentinis suis Decretis, Sess 4. sub anathematis etiam fulmine,

jusserunt, sicque vel fontibus æqvārunt: (quod, quam bellè ab ipsi factum sit, inter tot alios, Sixt. ab Amama, in Anti. Barb. Bibl. & Censura Verso. Vulgate in Pentateuchum, ac noster B. Caloy. Crit. S. Diatr. 9. egregiè ostenderunt.) nisi quosdam ex ipsis audiamus Decretri hujus interpretes paulò mitiores, Bellarminum videlicet, L. 2. de Verbo Dei, C.X §. alterum, & August. Barbosam, Coll. in Concil. Trid. ad verba Sess 4. si quis autem &c. qui hōc ipsō ceteras tantum vers. Latinas postpositas esse innuunt; qvanquam & de Vulgata, et si à se, post Sextum V. correctā, ipse Clemens P. VIII. in pref. scribi passus sit, eam omnibus numeris absolutam pro humana imbecillitate affirmare, difficile esse. Batavi etiam, ut ut de nova suā, Dordraceni conventionē Decretō adornatā, Versione admodum sentiant magnificē, eamque (Leusdeniō interprete, in Phibol. Ebrea. mixto Diss. X. p.77.) audiēant conferre cum qualibet aliā versione cujuscunque lingua: Syriacā tamen, quam passim alias tantopere vel ipsi extollunt, eam præferre non aedē audent. Immō & Angli prærogativam huic non denegant, etiam si Vers. suam Biblicalam jussu Jacobi I. correctam (Waltoni verbo, ex Proleg. V ad Bibl. Anglic.) inter omnes Europæas eminere, in qua (ut Polus in pref. ad Synops. Bibl. Critic. loquitur, plurima occurrere magna eruditio[n]is pericieque in linguis Originariis, acuminis & judicis plus quam vulgaris specimina, profitentur.

§. II. Syriacam verē N.T. Versionem dum appello, illam hīc in uno, quam An. Dom. 1555. à Moſe Meridino, in Melopotamia Sacerdote (ab Ignatio, Patriarcha Jacobitarum Antiocheno, ad hoc etiam, ut ea typis, in usum Ecclesiastum suarum, exsribetur, in Europam missa) in Mscto. allatam, Vienna primum edidit Albert. Widmanstadius, Jctus & Imperatoris Ferdin. I. Cancellarius, Vir Orientall. Lingg. pertinens.



De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N.T.

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N.T.

§

etissimus. Illa enim est, quæ ut divinum Καμηλεον, & insignis Orientis thesaurus, tanto Doctorum applausa excepta, ac tot passim formis & locis, Charakteribusq; vel Syriacis, vel Ebraicis, cum punctis, vel fineis - dem, àque variis autoribus latinitate donata, hactenus fuit edita: quæ mox An. 1569. Tremelliz studio, e Msc. longe antiquissimo Heidelbergensi (eo procul dubio, quod ante 800. annos exaratum esse Rutg. Specijs, in præf. Gram. Arab. testatur;) emendata, ac latine facta, literis quidem Ebraicis, vocalibus tamen animatis, ab H. Stephano excusa est: Quæ An. 1572 Bibliis Regiis, à Plantino Antwerpiae exscriptis, studio Guid. Fabric. Bodeliani, cum traslat. Lat. literisque tum Ebr. tum Syr. inserita: An. 1575. Anverpiæ in forma minori à Christ. Plantino Literis Ebraicis; & rursus A. 1584. Parisiis in forma quartæ literis itidem Ebraicis edita est. Quæ An. 1599. ab Elia Hurtero literis Ebr. & An. 1621. à Trostio, literis Syriacis in f. quartâ reddita, & deinceps An. 1645. in Ope- re Heptaglotto Parisino, & 1657. in Polyglotto Anglicano cum nonnullis supplementis, comparuit; ex quo eam tandem A. 1664. repetiit, in οδανά (ut vocant.) formâ Gubierius, & nunc quocq; ut nuper ex Sum. Rev. Dn. D. Baudevino, Superint. Sundensi, accepi. I. Opitius.

§. III. Quæ vel idcirco commemoro, quia non unam ali-
as Syri habent ut Vet. ita & Nov. Test. Versionem. Quemadmodum enim du-
plex ipsis V.T. Versio est, (quod & ipse Gregor. Abul. Farajius nos do-
cet, à Cl. Pockockio allegatus, in Histor. Arab. p. 184, qui ius ibi
verbalatina fecit;) alia sc. quam Simplicem & Antiquam appellant,
quamque solam, tanquam ex Ebraeo fonte traductam, in sacris suis
adhibent, Gregoriò Syro auctore, in præf. Msc. L. Syriaci cui tit.
אָנָוּ רְאֹוּ qvo succincta scholia in totam S. Script. complexus est;
alia Recentior, quam Greg. Abul. Farajius figuratam vocat, ex Gra-
cā τῶν LXX. Vers. longè post expressa, quā de Andr. Masius, in præf.
ad Josuam loquitur, quamque Arias Montanus, in Admonit. ad Lett. Ver-
sionis N.T. Syriaci in Bibliis Regiis præfixa, respexit, & solam extare fal-
so credidit; Ita & Novi Test. præter antiquissimam illam, quam §. ii. me-
moravi, Versionem, plures recentiores habere creduntur, quod tum ex
Epistolis II. Petri & II. ac III. Joannis, ut & Jude, hoc demum seculo
a Pockockio e Bodleiana, quæ Oxonii est, Biblioth. cum Vers. Lat.
& notis An 1630. Lugd. Bat. seorsim editis, tum ex Apocalypsi, simili-
ratione à Lud. de Dieu, e Scaligeriana demum Biblioth. eruta; &
Historia Adultera ap. Joan. II. X. à laudato Dieu itidem primū, in

A 3

Nott.

Nott. ad N.T. p. 443. publici juris facta, appetet, quæ in antiqua editione (versione Syr.) non haberi, sed ex posteriore adjecta esse, fatetur Waltonus, Proleg. XIII, p. m. 395, quemadmodum nunc illa in Bibl. Polyglottis Anglic. nec non in Edit. Gutbiriana suppleta sunt: & amplius ex alio Msc. Syriaco IV. Evangeliorum, quod penesse esse Pockius, in prefat. ad memoratas Epistolas, testatur; ut & ex alia ad. huc Thome Heracleensis Translatione, cuius ille ibidem, ex Dionysii eiusdem Commentariis Syriacis, meminit, confirmatur. Fortassis etiam inter plures illos libros Syriacos N. T. mss. quos in Biblioth. Duces Florentiae se vidisse, Vir quidam Doctissimus Waltono affirmabit, quorum quidam (vid. Walton. l. d.) satis vetusti sint, deprehenduntur hujusmodi translationes recentiores, a variis Autoribus profectæ; Quod ii dijudicabunt, quibus illos inspicere datum est.

§. IV. Oppidò magnifica verò sunt, quæ Syriaca nostræ Versioni N. T. à doctissimis etiam Viris suspenduntur elogia, qui uno passim ore, unaque qf. voce in summum dignitatis & eminentiæ Thronum eam evehunt. Etenim, Veritati prorsus esse consentaneum, censet Emm. Tremellius, in pref. N. T. Syriaci, eam inter ipsa Ecclesia Christi initia, vel ab Apostolis ipsis, vel ab eorum Discipulis profectam. B. noster Franzius, in de Interpr. Scr. p. 46. illam, quam certissimam, felicissimam, & divinam omnino esse jam ante p. 38. dixerat, quæ ex omnibus Versionibus N. T. primum locum habeat, quamque ferme sapientes equiparare fonti Graeco N. T. velint; absq; dubio statuit, ideo tam tenaciter & fideliter exceptam à Sanctis hominibus, quod in hac lingua Syriaca Christus locutus & con ionatus fuerit, adeò, ut dubium non sit, Apostolos & Apostolicos studiosissime inquisuisse & conservasse formalia Christi verba. Gea in ista Versione ponere, sa rofaneto quodam labore studuisse. Quin & per eosdem Epistolas Apostolorum in Sacram linguam trans fusas fuisse ideo felicius, quod cum Apostolis Syri Doctores censem turinem habuerint absque dubio crebriorem. Quibus congruunt, quæ B. Jac. Martini, in pref. N. T. Syr. Trostiani, de eadem Versione a clingua judicat, ubi in hanc (quam Christi quoq; vernacularum credit) novella Ecclesia N. T. scripta omnium primo fuisse trans fusæ, scribit, & quidem illo ipso tempore, quò Apostol, divini illi Doctores, à Christo ipso instructi, a Spir. S. immediate edotti & informati, Ecclesia Christi prima fundamenta apud gentes posarunt. Unde porro, arrige ergo aures, ait, Censor, quisquis erat,

et huius

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

7

eujas es, qui cerebrum non in calcaneo, sed capite geris; Versio hæc est Syra, sed omnium prima & antiquissima; Versio est, inquam, sed omnibus aliis & ut probatior & plenior, preferenda. Versio est, adhuc dieo, sed vel alicuius ex Evangelistis, vel omnino illorum, qui Antiochia babuerunt ipsos Separatos presentes, quos de locis multis obscurioribus consulere & audiire potuerunt. Adhanc itaque solam, quando in fontibus Græcis quedam occurrit obscuritas, vel difficultas, tuò acceditur, hæc sola, quando de loci alicuius interpretatione versioneque dubium moveatur, tuò ac sine errore consulitur; per hanc solam Græcus textus verè illustratur, rectè intelligitur. Hujus enim solius auctoritas proximè ad ipsorum fontium majestatem accedit. Hæc Martini, Eadem B. Dn. D. Pfeifferi in Crit. Saer. p. m. 282. Danzii, in prefat. d. datus Syr. reclusi, Leighii, in Præf. Crit. S. N. T. Waltoni, in Proleg. XIII. ad Biblio Polyglotta, p. m. 397. Widmanstadii & Trostii, ita præfationibus suis ad N. T. Syr. Gessneri, in Michrid. p. 131. aliorumque Criticorum ac Philologorum ex præstantissimis quam plurimorum, est sententia. Unde & B. Glassius Philol. S. L. 1. Tract. 2. Membr. 2. & Ad. Rechenbergius, in Dissert. de variis in N. T. Lect. Gr. C. 3. Syriacam hanc Versionem inter q. Remedias, quibus mederi dubiis locis possimus, ponerè non dubitârunt. Ac vel obiter hec illud addo, quod ipse Gregor. Syrus V. Test. Scholasties, in Scholl. ad Psalm. XV. adhuc Mscis, in suæ Vers. laudem (observante Waltoni l. d. p. 397.) prædicat, res ait, nota est, quod, etiam si è Greco translulerunt Armeni, qui Versionem suam ipsi Chrysostomo adscribunt) tamen cum Syriaco possea contulerunt exemplar eorum, & illud singulis in locis (cum Syriaco) concordare fecerant.

S. V. Quemadmodum v. ex his omnibus intelligitur, illustria omnino esse Syriaci N. T. encomia, eique adeo insignes attribui prærogativas; ita & inquisitione non certè nulla dignum videtur, quibus fundamentis, & quam firmis illa omnia nitantur, numq; ita se hæc habeant, ut nullus dubitationi locus sit relictus?

S. VI. Fundamenta ejus sententiae si circumspicimus, palmarium, immò penè solum illud deprehendimus, quod a constanti Generali Ecclesiarum Orientalium traditione desumitur, cui, ut Waltonus l. d. ait, multum in hoc tribuendum, cum nulla ratio clara in contrarium afferatur. Examinanda nunc igitur paulò accuratius erit constans illa ac generalis Maronitarum, de la Translationis antiqvij

tiquitate, eique innixa autoritate traditio, & quantum illa heic valere possit, videndum. Principio equidem frustra omnino Waltonum, *præter Syrorum, etiam doctorum Virorum in Europa* testimoniis heic niti arbitror, cum horum fides omnis in antiquam ipsorum Syrorum traditionem resolvatur, quare de hac jam sola dispiciemus. Non vero nisi obscurus & inconstans apud Syros rumor, totâ hâc dere, esse ac fuisse, mihi quidem hactenus videtur, isq; vel ex incerta veterâ narratione, vel aliquâ jactantia, vel unde cunque tandem profectus & propagatus. Enim verò, si perpendamus, quantum tot diversis inter se de antiqua sua Bibliorum Versione sententis illi digladientur, op̄pidò patebit, quam incerta res omnis videatur. Audiamus ipsum Greg. Abul-Farajium, cujus verba Edw. Pockockius, in *Hist. Arab.* p. 148. adduxit, ex quibus hæc latinè facta hoc transferam: *Syri Orientales duas habent Versiones, simplicem illam, quæ è lingua Ebraica in Syriacam translata est post Adventum Domini, tempore Addæi Apostoli, vel juxta alios, ante eum, tempore Salomonis filii Davidis, & Hierami; & alteram, figuratam, juxta LXX. &c.* Similiter, ex Soadedo, Episcopo quondam Hadethiensi, antiquo apud Syros Scriptore, affert Cl. Gabr. Sionita, ipse Maronita (cujus opera Mich. de. Jay, in concinnandis Bibliis heptaglotis Parisi. usus est,) in *Pref. ad Psalm. Syriac.* quod sc. in gratiam Hirami, Regis Tyri, antiquiores V. T. Libri Syriacè conversi fuerint, donec reliqui una cum N T in Syr. sermonem, tempore Agbari, Syriæ Reg, cura Thaddæi aliorumq; Apostolorum transferrentur. Addit vero istie, & ingenuè fatetur, quorundam Syrorum sententiam esse, totam V. & N. Testamenti Versionem factam demum esse tempore Thaddei, quem Addæum illi vocant, & Agbari R. Ecce Tibi vero, quam belle inter se convenient testes illi domestici, hem quo Seculorum intervallo a se invicem absunt! bene quod non multum ultra M. annos distent. Cui igitur parti palmam adjudicabimus? Neutra heic certè pars suis caret Patronis, Gregor. Abul-Farajius hæret anceps, neutrique secundè se addicere ausus videtur; alias cum Soadedo l. d. Sionita facit, at ab adversa parte stat Greg. ille Syrus, quem dixi, Vet. Test. Scholiastes, qui in *Scholiis ad Psalm X.* Versionem totius Script. S. acceptam refert *Interpretibus illis,* qui missierant ab Adi. Apostolo, & Abgaro, Rege Aurbî, ad Palæstinam. Gabr. Sionita sententiam, qvæ & uti dictum, Soadedi fuit, pluribus refutat rationibus Cl. Waltonus, l. d. p.

De Antiquit. & Autorit. Vers Syr. N.T.

396. qvā hīc repeti nihil attinet. Sed & alteram illam sent. qvod se. totum & V. & N. Test. tempore R. Agbari, cura Thaddæi aliorumqve Apostolorum, Syriacè conversum fit, cur magis certam credamus, causavit detur esse nullæ. Qvanta enim & in illa occurrit traditionum diversitas, qvantisqve sententiarum conflictus? immò citius inter se horologia, qvām ipsi in sua hac traditione concordabunt Syri. Alii enim, inter qvos & laudatus modò Greg. Syrus est, plures fuisse statuant Interpretes, huic negotio destinatos, curantibus sc. rem Thaddæo aliisqve Apostolis: Altius solum Marcum esse Paraphastem affirmant, qvem adm. Guido Fabr. Boderianus in *Præf. ad N. T. Syr.* scribit, se per literas ex Guili. Postello (qui Baumbachio, in *Tr. de Ling. Or. C. 13* autore, parte Asia semel atque iterum per agrata, magnas & Syriacæ & Arabicæ linguae opes consecutatus est) accepisse, qvod Syri ex avita traditione credant, & ipsi affirmaverint, Marcum Evangelistam non modò Evangelium suum, sed etiam ceteros omnes N. T. Libros linguâ patriâ, b. e. Galilæa Syrâve, tranquillisse: id qvod & Gualterius, in *Sylloge vocum exoticarum N. T.* nos docet. Annon hēc verò omnia per se corrunt? sive enim nunc eos sibi invicem contradicere statuamus; sive hos cum illis ita conciliemus, ut plures alii Vet. T. vertendo incubuisse dicantur, cum solus Marcus circa N. T. elaboraret: semper tamen res incerta, immò falla apparebit. Qvod si enim sibi mutuò repugnant, suo ipsi se ipsos jugulant gladio, resqve adeò dubia manet & incerta, ut apud ipsos, ita & meritò apud nos. Si verò èa, qvā dixi, ratione eos concordare inter se credamus, apertè falsi sunt illi omnes. Qvām ineptè enim Marcus totum N. Test. e Græco Syriacum fecisse, statuatur, qvis rerum tam ignarus est, qvin animadvertis? cùm tot N. T. Scripta Canonica dudum post Marci obitum [qvem Hieronymi *Catalogus de Script. Eccl. ad ann. 8. Neronis refert*] à Viris Geor. &c. consignata esse constet. Immò, qvā ratione vel solum Joannis Evangelium, qvod is, Epiphanio teste, jam & tate valde proiectus & morti proximus, sc. ex supputat. Du Pin in *Indic. Chronol. Autorum N. T.* ejus Biblioth. N. præfixo, & Baronio, in *Annall. Eccl. ad ann. 99. n. 2.* secundâ mea, qua ab Athanasio & aliis testata babentur, cùm à Nerva Imper. revocatus Ephesum ex Ins. Patmo esset, circiter annum post Christum nat. ferè 100. occasione enatrum Ebionis & Cerinthi hæresum, multisqve adeò post Marii excessum annis scripsit, ille Syriacum facere potuit? Unde & hæc tam in-

B

epita

epta Syrorum traditio apud eruditorum neminem, quod sciam, assensum nacta est.

§. VII. Dicat vero aliquis, contradicant sibi licet invicem Syri, dum haec ita tradunt, nihil tamen obstat, quod minus illa sent. vincat, quae Syriacam Bibliorum Paraphrasin tam procurante Thaddæo, aliisque Apostolis, sicque plurimum Interpretum studiò, tempore Agbari R. adornatam tradit, quam sent. Greg. etiam Syri, V. T. Scholastis, esse, dictum est. Ecce facile responderi posse puto, (α) non opus adeo esse, illis à nobis statim assensum tribui, quem eis ipsimet Syri alii denegant, qui vel ad Salomonis tempora partem Veri, Syriacæ V. T. referunt, cum ipso Soadeo & Sionita, magnis apud Maronitas nonnibus; vel Novi saltem T. Paraphrastem solum esse Marcum tradunt, quicquid etiam sit de istarum opinionum veritate. (β) Nulla ea de re apud Ecclesiasticos Scriptores, etiam Vetustissimos, hactenus reperiri Monumenta, qui tamen id non taciti videbantur, si tam præclarum opus Thaddæus aliisque Apostoli moliti fuissent; sed Omnia ad obscuram sine capite, & incertam dubiae traditionis famam redire. (γ) Rem ita, ut illi quidem dicunt, factam, vel ideo minus probabile fieri, quia Joannes Evangelium suum annos circiter 100, post nat. Christ. demum scripsit, quo tempore num ullus Apostolorum superstes fuerit, non constat, cum tot jam etiam Viri Apostolicie vivis ereti essent; quomodo igitur Thaddæum aliosq; Apostolos procurare illam Verhonem potuisse putabimus? nisi, per inauditam quendam θεόληψιν, eos Evangelium Iohannis transtulisse credamus, antequam id ipse ex divina inspiratione consignasset. (δ) Non desse inter ipsos etiam Syros, eosque Doctissimos, qui planè nulli, ex iis, quas attulimus, de Syr. Versionis antiquitate sententiae, adeoque nec isti, quae praestare reliquis videbatur, calculum attribuere audent. Ubi ne de Greg. Abul-Farajo, cuius jam supra testimonium retuli, quid dicam, ad ipsum Mosen Meridinæum s. Mardenum, Syrum in Mesopotamia Sacerdotem, provoco, cuius (quod sc. ad hoc, ut Nov. Test. Syr. typis excludendum curaret, in Europam missus fuerit,) mentio jam ante facta est, qui à Paulo Vergerio, Episcopo olim Justinopolitano, & duorum Pontificum per Germaniam Legato, mirabili tandem occasione (à Sleidano L. XXI, de Statu Relig. descripta) ad Protestantium Ecclesiam adducto, rogatus, quemnam putaret

puraret scriptisse lingua Syra N. illud Testamentum? respondit: autorem se ignorare, qvod ipse ille restatur. Vergerius *Dial. 3. contra Hebreum Caro din.* At vero ipse hic Moses Syrus fuit, immo Sacerdos, quis autem eredat, hunc Sacerdotem nihil de tanta sua Versionis (quae in Liturgiis suis quotidie Syri utuntur) antiquitate & autoritate, qvodque ipsorum Apostolorum auspiciis ac studio adornata illa esset, compertum habuisse nec studiō illud dissimulasse putandus est, cum id potius in gentis sue gloriam, Versionisque istius, ob quam iter tam difficile suscipiendum ipsi fuerat, commendationem, dicturus fuisset, & Vergerius ille (ut ipse l. d. memorat) Mosen hunc domi sue habuerit, idque datā operā, ad sui informationem, ex eo sciscitatus fuerit. (ε) Etiam si ponamus, Paraphrasin aliquam Syriacam, statim post Apostolorum tempora, (ab ipsis enim Apostolis eam esse profectam, prorsus improbabile est) concinnatam fuisse, quam tenet se vadem tuto satis praestabit, Versionem Syr. homiernam, quae eruditorum hodie manibus teritur, non vero aliā aliquam, temporum injuriā deperditam, vel adhuc latentem, intelligendam esse, cum ratio nulla necessaria, quā ad statuendum illud moveat, adsit, plures vero fortassis, quae in dubium me conjicere queant, ut deinde videbimus. Certè non unam Bibliorum, & imprimis plures N.T. versiones Syris esse, iam antē ostensum est. Et meminit sancti Cl. Pococke, (*in Praef. Epp. dictarum*) Versionis cuiusdam IV. Evangeliorum, à Diro quodam Doctori, sibi communicatae, quae Graecum certè magis nra mda exprimere coatur, quamque pridem Doctorum manibus teratur, eamqz, si e re videatur, ut aliquando lucem videat, operam se daturum, olim promisit.

§. VIII. Interea donec certiora edoceat, non meliori loco hanc Syrorū traditionem, de istā à Thaddæo & Agbaro R. procurata Versione, habere possum, quam qvō Thaddæi Evangelium, ab ipso Gelasio P. M. distinet. XV. ut apocryphum reprobatum; aut illam, de imagine Christi in sudario expressā, & ab ipso ad hunc Agbarum missā, narrationem, quam qvidem Evagrius primū prodixit, (*Hist. L. IV. C. 17.*) autoritati Procopii (qui vero eā de re nihil) falso innixus; quae apud Graecos tamen recentiores adeò constituit, ut August. 16. d. in Festum abierit. Imo non plus ei fidei tribuere haētenus possum, quam isti, quae apud Eusebium (L. 1. *Hist. Eccl. C. 13.*) de iis, quae Thaddæus cum Agbaro illo (qui ab aliis *Aurabi*, ab aliis *Syrie*, ab aliis *ruris Edessa* Regulus fuisse dicitur, in que numis quibusdam antiquis, contra optimorum tamen Mscotorum fidem, *Ahgarus* appellatur) egerit, legitur, relationi, qui sc. ad eum, prout ipse anteā Christus, suis ad illum literis, ei promiserit, assumtō

in ecelum Dominò, ablegatus, eundem a morbo liberaverit, & in fide instruxerit; qvod sanè in piam aliquam fraudem à nonnemine, intentione qvidem non malâ, confictum, Epistolasque adeo inter Christum & Agbarum, quæ apud Euseb. l. d. leguntur, mutuas, esse suppositas, qvi nasi emunctioris sunt, & Ecclesiastice antiquitatis peritores, unò quasi ore fatentur. Qvemadm. & (ne nunc de Erasmo, in Epist. T. IV. Opp. Hieron. præmissâ, R. Simonio, in Histoire Critique N.T. p. 23. Majo, in ejus Exam. p. 28. Riveto, in Crit. S. L. i. c. i. Coco in Censur. Spanhemio, Hornbeekio aliisque dicam) Centuriatores Magdebb. Cent. L. I. c. 2. p. ii. & L. II. C. 10. p. 584. Edit. Oporin, ob id monumentaista, licet ab Eusebio ex ipsis Edessæ, in qua tunc regnabat Agbarus, tabulariis & monumentis publicis, in quibus antiquitates urbis & res Agbari gestæ continabantur, defumia, atque ab eodem e Syrorum lingua fideliiter translata, (ut ipse scribit l. d. vertente H. Valelio) pro germanis plenè agnoscere, sunt veriti, eorumque nuper fidem prorsus omnem, ex indiciis non paucis, destruxit, inter alios, Ellies Du Pin, in Nova Biblioth. Auct. Ecclesiast. L. I. p. i. sq. Sed & hoc ipsum, quantum suspicari licet, an assam præbere potuisse isti Syrorum circa Versionem suam traditioni videtur, eti u-trumque fortè falsum sit. Attamen illud, qvam in epte etiam constitutum sit, majori longè gaudet verosimilitudine, eo qvod monumentis publicis, ex ipsis Agbari Archivis petitis, comprobetur; qvam quidem hoc, qvod de suâ versione Syri commenti sunt, nullo vero tam splendido fundamento nititur. Qvamq; nihilominus res incerta maneret, etiam si Monumenta hujusmodi ex Edessæ Archivis pro ea afferri possent, cum & illa aliquando, se felliſſe, tum ex adducto, tum ex alio exemplo pateat, qvod Nicephor. L. II. C. 7. itidem ex Archivis civitatis Edessæ refert, quasi Persarum Rex pictorem, ad depingendum Dn. Christum, miserit, qvod quidem nullâ veritatis specie se commendare cuiquam poterit.

S. IX. At vero dicere fortè contrâ hæc quis posset amplius, in eo tamen constanter consentire omnes, qvod nec improbabile videatur, antiquissimis sc. temporibus, nec multum infra Apostolorum ævum, istam N.T. Versionem (qvâ de nunc quidem nobis solum sermo est) Syriae prodiisse, & propterea fidem illis non adeo omniem fore degandam. Nondum tamen per ea satis me adduci sentio, ut nullum mihi circa hujus Versionis antiquitatem, (si quidem illa saltem longe ultra Niceni Concilii tempora extendatur) ejusque adeo autoritatem, superesse.

peresse dubium, confitear. Jam enim antè de Mose Meridinæo dixi,
ipso homine Syro, & quidem Sacerdote, qui hāc de re interrogatus, in
interpretē, qvis & qvām antiquus ille sit, le nescire apertē professus est,
qvod idem non alios quoque ejus gentis homines hac in causa cum ipso
sentire, quis dixerit? Unde nego, constante in omnium Maronitarum
de tantā hujus Paraphraseos antiquitate esse, semperque fuisse sententiam.
Porro & hoc dici hīc potest, qvod similiter jam superius allatum est, sc̄tō,
post ipsos statim Apostolos, istiusmodi interpretationem Syram N. T.
adornatam esse, qvis sive pro illa jubebit, qvod ea ipsa illa sit, qvæ nunc no-
stris in manibus versatur, & de qua h. l. dilqvitur; vel annon ea sit illa,
eius, ex Pockockio jam ante (§. VII. fin.) mentio injecta est, aut quæcum-
alia, s. desperita s. adhuc alicubi delitescens. Præterea verò exinde, qvæd
Syri plerique, et si in quibusdam circumstantiis à se invicem dissentientes,
in eo tamen concordent, qvod antiquissimò, Apostolorumque aeo pro-
ximò tempore, hāc sua Paraphrasis confecta sit, minus solidè mihi sta-
tim videtur collegi, istam vetustatem illi reverā & certò competere.
Sic enim, qvod exempli hēc gratia afferre liceat, etiam duobus illis A-
utoribus, qui (ut est in *Supplemento Danielis*) Susannam adulterii criminē
ream peregebant, fides hāc in causā tribuenda fuisse; qvia, etiamsi in
Levi aliqua circumstantia, sc. in sola loci determinatione, a se invicem
testando discrepabant, in eo tamen constanter conveniebant, qvod ad-
ulterii se illa criminē contaminasset, qvodque ab ipsis in eo deprehensa
fuisse; qvis ita verò existimaverit? Quem denique fugit, qvām sapere
vetustā quādam, eaque constantissimā traditione civitas vel gens aliqua,
suis de rebus asserat, qvod tamen veritati minus consentaneum, &, si ac-
curatiū res ipsa peniculetur, planè falso deprehenditur? Et, ne à Ju-
daico nunc populo ejus rei exempla (nam qvā plurima certe, & e Rab-
binorum commentis non ignota sunt) petam, ad Chinenses hēc tantum
provocabo, qui (quemadmodum, & Chaldaei,) longiorē annorum memo-
riam nobis in fastis suis consignatam ostendunt, qvām e SS. Scri-
pturā computatione cogi possunt. Ubi quidem Martinus Martinius, saga-
cissimus ceteroquin rerum Chinensium indagator, in *Decad. I. Hist. Chin.*
adeo se torqueret, ut, quomodo nodum hunc solvat, nesciat, dum ab al-
tera parte irrefragabilis Scripturæ stat auctoritas, ab altera vero, unani-
mis & celebrata adeo Chinensium Historicorum fides, qvā accurati-
orem vix ullam Orbis nationem, ad res suas consignandas attulisse,

multi ultrò largiuntur. Ex quibus omnibus satis manifestum esse putę, non tam facile istis Syrorum traditionibus, non æque in literarum monumenta relatis, imò ne inter se quidem consonis, sed incertis ac variis, adduci nos posse, ut assurgere illis assensus noster statim debeat. Neque enim est, quod quis heic excipiat, istam quidem tam constantem Chinensem traditionem aperte à SS. literis falsitatis convinci, sed de hujus Syrorum traditionis veritate nihil adeo esse, quod dubitare nos jubeat; quemadm. ideo Waltonus Constanti isti ac generali traditioni (ut l. d. scribit) multum in hoc tribuendum putat, cum nulla ratio clara in contrarium afferatur. Præterquam enim quod illa consequentia nulla sit, non pauca sanè produci posse mihi quidem videntur, quæ dubitare nos de istius traditionis veritate jubeant, ut deinde ostendetur. Et jam video, Waltonum in hac questione licet facti, ubi non audiri alias illæ solent, rationes tamen desiderare clarae, in contrarium heic afferendas ei qui dubitet; qui & ipse, quod minus ab Apostolorum aliquo factam istam Paraphrasin concedat, hac ratione movetur, quia sic divinam & parem cum reliquis Libris sacris eam habituram credit autoritatem: quasi Vir alias etiam *Ieronimus*, non quoque aliquid extra statum *Ieronimus* scribere potuisse; eadē certe ratione de Davidis (qui & ipse Vir *Ieronimus* aliquando extitit) Epistolā, quam de Uriae cœdeis ad Joabum scripsit, II. Sam. XI, similiter pronunciandum foret, eam divinam & parem cum Psalmis ejas autoritatem habere. *μὴ γέρων*. Sed nunc in viam.

§. X. Alia præter hoc, quod ab orali ipsorummet Syrorum traditione petebatur, argumenta pro ista Syræ Vers. N. T. antiquitate, vix occurunt. Quod enim Waltonus d. l. p. 398 prætereade כחנוך קרי profert, quæ Syrus in V. T. interpretatione promiscue secutus deprehendatur, unde illam ante, quam illa à Masorethis annotata sint, prodiisse colligit, leve videtur, & Vet. tantum Testamenti versionem tangit, de qua heic per se non adeò lis est. Quia vero mihi id quidem valde fit verosimile, Syriacam V. & N. T. translationem ferè simul circa eadem tempora natam esse, paucis saltim illud, quod objicitur, considerabo. Supponit autem Waltonus: Masoretharum כחנוך קריesse Lectiones Variantes, e quibus Iudæi, ex quo annotatae sunt, *¶* semper præferendum statuant. At nihil inde pro ista jactata antiquitate concludi posse videtur, alias enim & Aquilæ, Symmachii ac Theodotionis Versiones Græcæ, quæ, ut ipse Walt. proleg. IIX. p. 302. agnoscit, æquè ac Syrus

rus, id non observarunt, Apostolorum tempora attingerent. Ponamus v.
quæ quorundam est sententia, jam circa Esrae tempora illud Maso-
retharum studium ceperisse, (cum ipse quidem Waltonus alibi, sc. lo-
co modò dicto, maximâ ex parte ad Tiberiensium demum tempora, citâ
ca Sec. VI. istas annotationes referat, unde tec. istam ejus Sent. nibil heic
sequeretur aliud, quam quod Paraphrasis hæc non post Tiberienses de-
mum orta fit: id quod huc nihil facit, ubi, an illa Apostolorum ævum
æquet, disputatur; quare non immeritò P. Richd. Simon. Disquis. Crit.
C.27. Waltonum parum consentaneæ interdum loqui, videtur judicasse.)
cur quælo non etiam post ortum jam **כְּחִיב קָרְיוֹ** Interpres Syrus, is-
que Christianus, æquè potuisset illa promiscuè sequi? Nam serius
demum **תְּהִיב קָרְיוֹ** pro Variante Lectione haberi, & ex nimia erga Maso-
rethas reverentia loco¹⁷⁸ textui quandoque ipsi (ut mihi quidem vi-
detur) inseri cœpit, quod initio olim non nisi in gratiam imperitorum,
ad facilitanda obscuriora quædam loca, à Masorethis seorsim annotatum
fuerat, siquidem illud plerumque illustrare & magis explicare ipsum
folet, id quod & Masorethæ tantum videntur intendisse, et si cras-
sam ipsorum quoque in Criticis ignorantiam non raro arguat, ut ex tot
vocabus, datâ, ut facile appareat, operâ, quotiescunq; ferè occurunt,
annotatis, vel obiter attendenti patet, quod jam ostendi ex parte Ex-
cellentiss. Dn. Dantzius, in suo **מִדְרָשׁ לִיטָּרָטוֹר אֶבְרַאָו-כָּלְדָּאָו**, p 63
sqq. & uberioris V.D. in *Masora thronomotæ*, quam se meditari, tā privatim
sœpè, tum & publicè l.d p. 56 & 74. non ita pridem innuit, monstrabit.

§. XI. Tremellius quidem etiam, in *Præfati ad N. T. Syr.* Ve-
nerandam ejus antiquitatem abunde confirmare credit, incorruptam
Sermonis ejus elegantiam; Sed inde istam, quam illi prætendunt, anti-
quitatem, ad ipsa Apostolorum tempora accendentem, minus recte pro-
bari, crediderim, cum eodem argum. Epist. II. Petri, II. & III. Joannis, ac
Jude, ipsius etiam Tremelli judicio recentioribus, tanta antiquitas
conciliari possit, quippe in quibus non minus illa sermonis puritas con-
spicitur.

§. XII. Tandem verò tantam dictæ Pharaphraseos vetustatem ex inser-
tis nonnullis argumentis probari, in ipsa Versione, que magna ejus an-
tiquitatem testatur, Waltonus dicit, sed dicit tantum, si quidem tantam,
quæ Apostolorum ævo proxima sit, intelligit: ad eam enim probandam non
sufficit defectus Epistolarum Jude, II. Petri, II. & III. Joannis, Apo-
calypses

NEANT

calypso, & Historie de Adulterio, ap. Joan. IX. in antiquissima Syrorum versione, ad quem hec quidem & Tremellius l. d. provocat, q[ui]s inde colligere liceat, Versionem istam tempore Apostolorum (quo de nunc disputamus) prodiisse, quia in primitiva Eccl. de harum partium autoritate Canonica nonnullis dubitatum sit. Ex hoc enim quam optimè contraria videtur concludi, minime illam ab Apostolis, vel Apostolicis saltem Viris concinnatam esse, quia Apostolico anno nondum illa dubitatio obtinuit, nec illi nescivissent, qui Libri Canonici essent, nec ne? vel si nescivissent, omnino explorassent, inque rei veritatem & certitudinem pervenire facillime potuissent. Immò hinc satis constat, serius huic Versioni manus applicatas esse, circa illa nempe tempora, quibus dubitatum jam a quibusdam est, de nonnullorum N.T. Librorum *Georgij*, quod usque ad Conc. Nicen. tempora, &, si non nullos ex P[ro]t[est]atibus respicimus, etiam aliquamdiu post, durasse constat. Quemadmodum & II. demum seculò illud Biblia vertendi, variâque ratione edendi studium cœpisse, & postea invaluisse, constat, cum Aquila, Symmachus, Theodoreton, Origenes, aliisque ad hoc negotium animos manus. que appellerent.

S. XIII. Enimvero si I. vel II. saltem possit natum Christum Seculo, Novi Test. Syriaca h[oc] Verbo facta esset, cur quæso Interpres ille Apocalypsin Joanneam tum prætermisisset, cum I. & II. dō, immo & III. scilicet neminem Orthodoxorum extitisse constet, qui non pro L. Canonico eam habuerit? nec quemquam ostendere possit Eusebius, L. III. Hist. Eccl. C. 25, ubi is quosdam suo tempore de illa dubitasse refert, aut alibi, nisi quod L. VII. C. 25. ex fine Seculi III. meminit Dionysii Alexandrinii, qui in L. de Promissionibus contra Neporem, quosdam antecessores suos eam rejecisse, scripsit; ubi tamen num fidem mereatur, & qui illi sint, nescio, quia nec ab ipso illic, nec ab alio alibi, quod sciām, nominati reperiuntur. Sed potius ex eodem Sec. Origenes, hujus Dionysii Praceptor, (qui etiam super Apocalypsin Expositionem pollicitus est, observante Will. Cave Hist. Lit. p. 59.) in Compl. ad Psalmum 1. (teste Eusebii, L. VI. C. 25.) & in Tomo V. in Joannem; (quod ejus testimonium etiamnum legitur in Opp. Orig. P. II. p. 88. edit. Huet.) nec non Tertullianus, L. IV. contra Marcionem, & inque L. de Praescriptiōnibus C. 33; & Clemens Alexandrinus L. VI. Stromat. C. 4. inque P[ro]d[uctione] L. II. c. 12, afferri possint, qui veriorem sententiam hec agnoverunt.

Quid

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

17

Quin & ipse hic *Dionysius*, et si, num *Ioannis Apostoli* sit, dubitet; rejiceret tamen non audet, præsertim cum multis ex fratribus (ut ipsa eius verba loc. suprà d. recitat Eusebius) eum (*Librum*) magni faciant. Unde ipse illum à *gjōis ērav n̄v Ḡ*, ugi *Geor̄nēss*, agnoscit ac fatetur. Ex Seculo vero secundo idem Eusebius L. IV. C. 18. *Justinum Pbilosopbum* & *Mariyrem*; L. V. C. 8. *Irenaum*; L. IV. C. 24. *Theophilum Antiochenum* (qui in L. contra *Hermogenianos*, testimonii, ex *Joannis Apocalypsi* perius, usus fuerit); L. V. C. 18. *Apollonium* (qui in suis contra *Cataplygarum* hæresin Disputationibus, similiter hujus Libri autoritate pugnaverit); producit. Et *Justinus* quidem hac de re testimonium, T. II. Opp. ejus, in *Dialogo cum Tryph. Iud. Irenæi* quoque passim plurima, in LL. adu. *Hereses*, hodie dum legimus. Immò *Justinus* in super in hunc Librum Commentaria edidisse, Eusebius in *Cbre-nico*, & Hieron. T. I. Opp. in *Catal. Script. Eccl.* testantur; quod idem illic de *Irenæo* quoque Eusebius & Hieronymus perhibent, quorum hic (quod vel obiter addo) in *Præf.* 18. *Comm. in ēsa* illum, quem ante dixi, *Dionysium Alexandrinum* Episc. istum *Irenæi Commentarium* adversò scripto (quod M. annorum fabulam irraserit) refutasse, autor est. Sed ex eodem Seculo Melitonem, Episc. Sardens. Commentariò *Apocalypsin* illustrasse, ex laudato Eusebio discimus; similemque laborem III. quoque seculo inclytum illum *Martyrem Hippolytum*, Arabilæ Metropolitanum, & *Irenæi* (si *Pholio* credimus) Discipulum, insumissee, iterum in *Catal. Scriptorum Eccl.* nos docet Pater ille Stridonensis, quemadmodum eodem seculo & *Methodius* (quem & *Eubulum* vocant) Olympi Lyciæ, post Tyri Episcopus, simili tunc operâ defunctus est, cuius Expositionum Apocalypticum fragmenta in *Rhapsodis Explicationum Aretæ Episc. Cæsaricensis* in *Apocalypsin* leguntur. Taceo *Vitorinum Pictabionensem*, qui pariter circa Seculi III. exitum in *Apocal. Commentarium*, Parisiis aliquando editum, composuisse dicitur, sed quem genuinum esse, Bellarminus, in *de Scriptor. Eccl. Rivetus, Crit. Sacr. L. II. C. 20.* aliique negant. Taceo etiam quæ ex ipso IV. quoque Seculo pro Canonica Autoritate *Apocalypses Job. Apostoli* allegari possent, *Concilia*, *Ancyranum* nempe & *Carthaginense* II; nec non, qui vel ex I. Seculo produci alias hanc etiam in rem posset, *Dionys. Areopagitam*, in *de Ecclesiast. Hierarchy, Part III. C. 3.* nisi ejus testimonii fides, ut omnium aliorum ejus Seculi monumentorum, (præterquam quæ oī ǟx̄s ī̄s ǟv̄ḡn̄oī consignarunt) eruditioribus esset suspedita. Illi autem nunc omnes, cur *Apocalypsin Joan-naam*

C

naam

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

nam vel in suis contra hæreticos disputationibus adhibuerint, vel expositiōnibus suis illustrāsſent, eamqve *Joannis Evangelīe* esse tam certō confirmassent, si de hac, ejusqve Canonica autoritate, dubias antecellosrum suorum extitisse sententias, cognovissent? Ex qvib⁹ vero omnibus liqvet, constanter aliquandiu primitivam Ecclesiam, omnesqve in ea Orthodoxos, *Apocalypsin*, ut *Canonicum Joannis Apostoli & Ev. scriptum*, veneratos esse, et si, ut ex Eusebio jam audivimus, aliquantō post de ejus *adv. Ḡc̄t̄ia* dubitare aliqui præsumserint, Annon igitur necessum fuisse apparet, autorem nostræ Syriacæ N. T. Versionis, si eo tempore iſ extitisset, etiam hunc Librum Syriacē convertere,? Mihi quidem argumentum hoc contra istam, qvæ jactatur, Syriacæ nostræ Vers. antiquitatē non videtur nullum, aut proſus contempnendum, qvod tamen a nonnullis, qvæ dici contra id posse videbantur, paucis adhuc conabor vindicare.

S. XIV. Neminem eqvidem heic cogitatum eredo, *Apocalypsin* fortè a Joanne serius, qvām reliqui N. T. Libri in sermonem Syrorum sunt conversi, exaratam esse, siccqve tum non potuisse cum aliis Libris transferri: Cum constet, *Evangelium Joannis*, qvæ tamen a Paraphraſte nostro utiqve redditum est, adhuc post *Apocalypsin* scriptum esse, brevi quidem, si sec. vulgarem lent. (qvæ & Eusebii, in *Ecclesiasticō*, est) hanc ad ann. *Dominicū* circiter 96. (qvando *Joannes in Pathmo Ins. a Domitiano* eò relegatus, degebat) referamus; longè vero, si cum Epiphanius, *Hæreſ. LI* de *Alogis*, Num. 33. imperante Claudio (qui primā vice *Joannem in Pathmum abegit*) eam visam, inqve literas ab illo relatam statuamus; Cui sent. etiam *Andreas & Arethas Cælareenses Episc.* apud Sixt. Senensem, *Bibl. S. L. I. p. m. 33.* &, qvisqvis posteā Syriacam fecit *Apocalypsin*, (de qvam mox) Interpres, in hujs *Ἐπιγένεσις* (qui tamen *Claud. Domit. Neronem* nominat) nec non, ex recentioribus, *H. Grotius*, *Ligtfoors*, *Peganus* hoc enim Viro nomen placuit, in *Apocal. Explicatione* p. 223.) & *Hardius* (in *præf. Conjectur. de Millenario*) favent. Si qvis verò illud heic in contrarium afferri posse putet, omnino jam prius illis Seculis statim fuisse, qui *Apocalypsin joannis* reprobaverint, qvales *Cerdonem*, *Marcionem*, & *Marcionistas*, *Alogos*, *Theodorum Byzantium*, & *Theodorianos* fuisse, vel ex Epiphanii *Hæresibus* passim manifestum sit: facile respondebitur, illos omnes Hæreticos, & Orthodoxos Christi Ecclesiaz apertos hostes fuisse, qui malitia & hæretica fraude

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

19

fraude inducti, ut aliis sc̄ep̄e, ita & huic Libro contradicere ausi sunt, si quid ibi, quod somniis suis aduersaretur, reperissent. Et, ut alia præteream, ipius etiam *Ioannis Evangelium* ab illis ipsis quoque Alogis, eodem Epiphanio L. 2. *Hæres.* L. I. & Augustino, in L. de *hæresibus ad Quodvult Deum* C. 30. perhibente; nec non a *Theodooro illo Byzantino*, (quod similiter Epiph. refert, *Hæres.* LIV.) ut & à *Fausto ac Manicheis* &c. impugnatum est; quod nihil tamen minus Paraphrastes noster Syriacum facete non dubitavit. Hæreticorum autem clamoribus nemo Apostolos vel Apostolicos Viros (a quibus tantam autoritatem huic Versioni alias sc̄enerantur) aures præbuuisse dixerit. Sufficit aut mihi, probâsse, nullum in primis istis Seculis ex *Orthodoxis* fuisse, quo de satis constet, eum *Apocalypsin Jo.* pro L. *Canonico* non habuisse; quod enim post eæ tempora quidam, forsitan continuis istis hæreticorum, q̄ vin & aliorum, qui perhibente Euseb. loco mox citando) eam, quam *Chiliasticis* somniis patrocinari putabant, *Cerintho*, Proto-Chiliaſtæ falso licet tribuebant, clamoribus abducti, extiterint, ex Euseb. L. III. *Hist. Eccl.* C. 25. & 39. Hieron. *Epist. ad Dardanum.* T. III. Opp. *Amphilochio in Catalogo Li-*
brorum Canon. Greg. Naz. in fine *Carminum* οὐτε τῶν γρηγορίων βιβλί-
ων τῆς Γεωμέτρας ζερόης, & Concil. Tolet. 4. Can. 16. &c. abunde co-
gnoscimus. Unde nunc colligo, eo demum ævo, Paraphrasin nostram Syriac. N. T. esse compositam, quod jam nonnullos de hoc L. suspensos tenuit dubitatio. Neq̄ve obverti heic poterit, intercidisse fortassis quædam per injuriam temporum, de nostra tam antiqua N. T. Versione Syr. ; cum superius jam probatum dederimus, ex Gregorio Scholiaste Syro, in *Pref.* Operis ejus, in plurimis Orientis Ecclesiis eam quotidiano usu in peragendis Sacris teri, & constanter semper obtinuisse; quā igitur veritate tale quid contigisse cogitabimus, cuius tamen jacturæ nec restitutio facta sit, nec memoria apud ipsosmet Syros hodie superstet? Certè Ludov. de Dieu, in *Pref. Apocal. Syr.* ab ipso è Bibl. Scalig. primū editæ, miratur, cum N. T. ab Ignatio, Patriarcha Antiocheno, per Mosen Meridineum, è Mesopotamia Sacerdotem, in Occidentem mitteretur, in Syriam reportandum, imò in gratiam Syriacarum Ecclesiarum Vienne, A. 1555. imprimetur, *Apocalypsin* II. *Epistolâ Petri,* II. & III. *Ioannis*, nec non *Ep. Jude* defutisse; indeq̄ve non malè ibi colligit, quod, ut olim, ita & cum apud omnes Orientis Ecclesiæ, istæ S. Scriptæ. partes communiter nondum receptæ fuerint. Et pergit: extitisse tamen, certum est

C 2

pro,

provocatq; ad *Widmanstadium*, qui in *Praf.* ad illas, quas ipse videt in suo N.T. Syriaco dedit, Epistles Canon. assertit, reliquias Peiri, Ioannis Glada, unum cum *Apocalypsi*. Si extens apud Syros, tamen (quia sc. Canonica apud ipsos autorit. non obtinent & ex recentiori quadam translatione ea esse constat) in exemplaribus, que ille securus sit, defuisse. Ex quibus id quoq; patet, nec adeo locum huic objectioni esse, quasi ea, quae extat, *Syriaca Apocalypsis*, à Mose isto quondam etiam *Widmanstadio* qui id l. d. perhibet) promissa, a Possevino, in *Appar.* ac G. Amira in *Gram. Chal. Syr.* p. 241. memorata, tandemque à Lud. de Dieu in lucem producta, fortassis illa ipsa sit, quia unum cum reliquis quoque N.T. Libris ab Apostolico quodam Viro profecta olim fuerit. Neque enim pars antiquitate atque autoritate apud ipsas Ecclesiæ Syriacas gaudet, eamque, æq; ac Epistola ista prænominata, recentioris ævi esse, ex iis quæ jam de illa dicta sunt non solùm perspicitur, sed etiam ostendit id amplius facile posset, nisi ab Eruditis ultrò concedi viderem. Illud adhuc addo, quod, quemadmodum Ed. Pococke, Editor *Epistolarum Syrarum*, modò commemoratarum, in *Prafat.* ex verbis Dionysii cuiusdam (ex *Comment. ejus Syr. prefat. ad Ep. II Petri*) collegit, has non fuisse versas in L. Syram cum Libris qui diebus antiquis redditi sunt, & sibi multum discrepare ab iis quas Thomam Episc. Heracleensem primum translatisse Dionysius ille innuit, utpote quas magis cum MSCio suo exemplari IV. *Evangeliorum* (de quo §. VII. mentionem feci) congruere, hic Anglus deprehendit; ita Ludov. de Dieu, in *Praf.* ad hanc suam *Apocal. Syr.* ex peculiari loquendi ratione, quâ hic libellus longè luxuriet magis, quam qui antebac e N.T. editi fuerunt, concludat, divertam planè esse interpretationem istam, reliquis libris antiquis dissimilem, dum ille Interpres e. gr. ut græcum textum sollicitè premeret, ubi artic. emphati. cum. o. i. j. reperit, non sufficere ratus, vocem Syram in βατο, quem vocant, empatico (qui Ebraeorum articulo η apud Syros alias respondet) collocare; ne empasis Græci articuli videretur neglexisse, Pronomen 3. perf. η qvod alias Græcorum ἔχει. s. aut̄os exprimit, substituere maluit, ut vel ex 1. Cap. *Apocal.* v. 3. 4. 5. &c. abunde conspicitur. Et ne quis tamen autem, nihilominus forsitan hanc *Apocalypses* Paraphrasin istis antiquissimis temporibus ab alio sc. quodam, quam qui in reliquis Libris desudaverat, componi potuisse, quia non opus fuerit ab uno solo totum N.T. Syriacè reddi, cùm & Veteris T. Targumim plures autores habuerint

De Antiquit. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

25

habuerint; Levissimam hanc conjecturam vel id solum refellit, quod, ut jam dixi, ipsæ Orient. Ecclesiæ illam Apocalypses antiquitatem, non agnoscant, nec credibile adeo est, eum, qui reliqua unus (ut ex stili æquilitate facile liquet) converterit, in pauculis istis defecisse. Et longe alia imò & incerta res est de Chaldaicis V. T. Paraphrastantis, quia, si ibi unus quis non omnia executus est, negotium etiam ibi operosius fuisse intelligitur, quod longè major in V. quam in N. Test librorum moles detur. Sed misfis his levioribus pergendum nunc ad alia est.

S. XV. Cum vero jam superius luculentè ostensum putem, quod hæc nostra N. T. Versio Syra, ab Apostolis profecta esse haud quam potuerit, quia Joannis saltem Evang. quod illa simul exhibet, omniū postremo, circiter C. annos demum a N. C. [quo tempore non constare dixi, ullum ex Apostolis, atque sic ipsum Thaddæum superfluisse] consignatum, & ita N. T. antea nondum planè absolutum fuit; ut adeo si vel maxime quis summam isti antiquitatem adscribere velit, vel id circò tamen eam saltem post primum demum Sec. esse ortam, dicere possit: neque hoc tamen sic satis esse certum, præter ea, quæ jam contra id quoque simul disputata hactenus sunt, porrò evincere, adeoque natalem ejus adhuc recentiorem arguere videtur, quod de Epistola Jacobi, deque Historia illa ap. Joann. C. IIX. de adultera, vel paucis nunc attingam. De Epist. Jacobi namque constat, eam (ut Sixti Sen. verbis utar, ex Bibl. S. L. I. p. m. 31. b.) neque statim sub ipsis Apostolorum temporibus Jacobi Apostoli creditam, neque inter Canonicas scriptas assumptam esse, Eusebius L. II. Hist. Eccl. C. 23. eam cum ceteris (Epistolis catholicis) in plurimis Ecclesiis publicè lecitari dicit, et si πολλαγέτω την παλαιῶν αὐτῆς ἐπιμόνευσα. Et Hieronymus in Catal. Scriptor. Eccl. Jacobus, inquit, qui frater appellatur Domini, unam tantum scriptit Epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ ipsa ab alio quodam, sub nomine ejus, edita afferitur, licet paulatim, tempore procedente, obtinuerie autoritatem. Unde & illa Socini verba procul dubio fluxerunt, quando de Epist. Juda, II. Petri, & Jacobi, (in de Autorit. Scrip. S. C. I.) scribit: Cum postea, tempore procedente, ex iudicio, huic rei apud cognitum faisset, istas Epistolas illorum ipsorum Apostolorum esse, exempla plerisque illa dubitatio fuit; & sic inter alias sunt numerata, & a quidem, qua Jacobi est, ante duas reliquias. Ex quibus colligere licet, quoniam hæc Jacobi Epistola in prisca

C3

prisca Vers. nostra Syr. N.T. reperitur; ne hanc quidem statim post Apostolorum tempora adornatam esse, cum tunc de ea dubitatum fuerit; sed postea demum, ubi dubitatio de Canonica ejus autoritate, paulatim eximeretur. Et quod ad illud *Capitulum de Adulterio*, Joh. I. 1. seq. attinet, de eo contraria ex Antiquitate Ecclesiastica notum est, quod, et si id extra controversiam à Joanne profectum, ut primitiva olim, post Apostolorum statim tempora; ita & hodierna recte credit Ecclesia; posterioribus tamen seculis in dubium aliquandiu vocatum, inque multis exemplaribus omisum, in antiquioribus autem nonnullis Mscris codicibus obelō notatum fuerit; Id quod quō minus ostendi hec multis opus sit, otia nobis fecerunt Gomarus ad h. I. p. 3109. opp. Simonius, *Histoire Critique du N. T.* p. 144 sqq. Maldonatus ad h. I. Sixt. Sen. Bibl. S. L. 1. p. 31 & I. VII. p. 750 & 752. & eum Selenus Walaeus ad h. I. aliique. Exinde vero rursus in eam cogitationem devenio, Syram nostram N. T. Versionem, quia (docentibus antiquissimis etiam Mscris, a Widmannstadio, Tremellio, aliisque exhibitis;) istam Historiam prorsus omittit, nec ullum ejus vel per signum aliquod in textu, vel ad marginem, vel in calce ejus (ut in quibusdam Vetustis etiam Mscris Græcis id fieri, observavit R. Simon I. d.) indicium fecit, haud tantæ, ut creditur, esse antiquitatis. Quamvis enim nunc illud Capitulum in Angl. Bibliis Polyglottis Syriaca Versio habeat, id tamen ex recentiori demum s. posteriori versione adjectum esse, ipse eorum Editor, in *Appar. Prol.* XIII. p. m. 395. Ed. Tigur. testatur, unde & suæ illud Editioni inferuit Gutbierius. Luci enim id primus dedit Ludov. de Dieu, An. 1631; in *Animadversi. ad Nov. T. ex Biblioth. Jac. Usserii, ArchiEp. Armachani*; ubi notanda est illa ejus inscriptio, quam & I. d. recensuit Dieu: קריונה רעל ח' אנההן חטיהה רלא איהוּה כפשטי נ. i.e. *Lectio*, que est de illa Muliere peccatrice, que (*Lectio*) non est in simplici. De qua postrema Voce Lud. de Dieu, id est, ni fallor, inquit, que non est in vulgo recepto, & simpliciter, sine controversia apud omnes Ecclesias Syriacas admissa exemplari. Ita sane, nam & priscam V. T. Versionem simplicem s. antiquam; recentiorem vero figuratam à Syria appellari, jam §. III. ex testimonio Gr. Abul. Farajii, dictum est.

§. XVI. Sed venio nunc ad aliud, quod ad Ariū minimum tempora Syriacæ nostræ Versionis natalem omnino mihi rejicere videtur; argumentum, ab omissione in I. Joh. Ep. Cap. V. 7. illustrissimo de SS. Trinitate

mitate testimonio petitam. Hunc enim versum extra controversiam licet a Joanne, *δοῦλος τοῦ μαρτυροῦ ἡγίσθη Φερμένῳ*, (II. Petr. 1.21.) adeoque ex *Georgio Sosa* Epistolæ huic insertum, sive hæreticorum fraude, sive librariorum oscitantia, (quæ quām facile contingere potuerit, vero similimē monstrat Doctri. Anglus, Thom. Smith, in *Defensione hujus Loci, contra exceptiones Simonii*, non multum ab initio) ferventibus *Arianis* certaminibus, disparuisse, &c., ut tunc facile (ob tantum adhuc in ipsis temporibus exemplarium, sc. Epistolarum saltem *Canonicearum*, *Eusebiam*, ut Thom. Smith. I. d. sub finem loquitur,) fieri potuit, prōpterea in plurimis etiam valde verutis Mſtis Codicibus Græcis (quorum quosdam B. Kortholt, in *de Canone Scr. C. XVI.* p. 324. R. Simon. I. d. p. 204. sq. aliisque indicant) ac versionibus, omissum esse, notum est; indicium ejus rei suo jam tempore faciente B. Hieronymo, in Prolog. Epistolarum *Canonicearum*, ad *Eusebiaciam*; quem sane nec corruptum, nec aliis eujusdam esse, tum Th. Smith, in *Vindiciis ad I. Ep. Joan. V. 7.* tum Majus, in *Exam. Hist. Crit. N. T. Simonii. C. XIIX.* p. 221. sqq. contra Erasmus, *Socinum*, *Sandium*, *Simonium* que iverunt probatum;) cum *Cypriani* saltem ævō, ut ex Ejus L. de *Unitate Eccl.* patet, in hac *Joannis Epist.* adhuc lectus fuerit. Hic vero nunc cum Orthodoxis supponam, quod & tum à laudato Th. Smith. II. dd. tum a nostratium multis, præprimis B. Gerhardo, in pec. *Diss. de h. l. B. Calovio in Bibl. Illustr. ad h. l. Ittingio, in Diss. de Hæretarchis. I. & II. seculi. Sec. II. C. 15.* Mayo, I. d. necnon a max. Rev. & Excell. Dn. D. Mollero, in *Disp. de Curcellæ Socinizante &c.* jam dudum evictum est: sc. huic verum omnino à Devilino, non vero adulterium & ab hominibus, qui suum dogma de trino & uno Deo quacunque ratione defendere ac propagare voluerint, in hunc locum infirmum esse, ut cum Socino suo (ex *Comm. ad Ep. I. Joan. h. l.*) tum Sociniani, tum Erasmus, Sandius, ejusque, ut videri vult (in *Scr. S. Trinitatis reuelatrice* p. 30. sqq. & p. 74.) abbreviator, *Cingallus*, *Simonius*, aliisque Pseudo-Critici ad ravim usque clamitant; cum non Orthodoxorum (quibus & causæ botitas, & tremenda Spiritus S. vox, *Apocal. XXII. 18.* facile manus cohibuit;) sed hæreticorum potius & præsertim *Arianorum*, illum fuisse morem, ut in *Scripturae S. fallatione* desperatae sua causæ præsidium ponerent, Ambrosius, (L. V. de fide C. 7. & L. III. de Spir. S. C. II.) nec non Socrates, L. VII, *Hist. Eccl.* C. 32. reliquerint testa.

restatum. *Marcionita* quoque hujus criminis apud Tertull. L. V. contra *Marcion*, & *Epiphan.* baref. 42. rei peragantur, quos etiam, ut & *Manichaeos*, ejusque furfuris alios, eō nomine inculatae solū nō potuit, in Praef. N. T. sui *Grati*, vel ipse Socinianorum amicus, Steph. Curcellaeus. Qyoniam vero nostra Paraphr. *Syra* istud dictum omisit, omnino hinc apparet, eō illam concinnatam esse tempore, qvō jam nonnulli Codices Græci heic vel sacrilegā manu, vel saltē damnandā Librariorum incuria, fuerunt depravati; id qvod circa *Ariane* hæreleostempus, s. qvod inter *Cyprianum* & *Hieronymum* intercessit, quantum conjecturā eqvidem asseqvor, contigisse crediderim.. Qvā ratione nunc f. c. lē Socinianorum aliorum qve Socinizantium argumentum, qvod contra *Oraculum* hujus Oraculi Joannæ, à Syri Interpretis silentio desumi solet, eluderem, si non nisi post factam Græcorum Codicum depravationem, Interpretē illum extitisse verum est. Notum verò est, non Socinianostantūm, sed & omnes, qvi limis hunc locum Oculis aspiciunt, inter rationes suas primarias, *Syriaca* nostræ Versionis (qvæ isto testimonio destituitur) antiquitate & autoritate se tueri. Hinc Curcellaeus, qvem circa tria ista Capita, in quibus placita Socino. propria sita sunt, (ut *Apolog.* Remonstrantium loquitur p. 21.) sc. de Trinitate, Deitate Fili & Satisfactione Christi; in N. T. sui Græci Editione, variantium lectionum & parallelorum locorum additamentis vestitâ, Socinizare, laudata Dn. D. Möller Disputatio docuit, ob qvod & vel impri- mis à Sandio, in Biblioth. Antier. p. 109. inter Confessores fidei Socinia, nā relatus est; ibi ad hunc loc. ista, inquit, verba, vers. 7. εὐ τῷ σερ- νῷ, ὁ πατήρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἀγένητον πνεῦμα, καὶ ἡ οἰ τριάς εἰσι, v. 8. καὶ τριάς εἰσι οἱ μαρτυροῦντες εἰ τῷ γῇ, desiderari in multis veteribus Codicibus Græcis & Latinis, ut & in Versione Syriaca &c. Jerem. quoque Felbingerus, qvi & ipse meritò inter Anterioritatis locum apud Sand. l.d. p. 197. nactus est, in nova sua, non inepta solū, sed & prori- fusa absurdā N. T. versione Germanicā, uti jam in Praefat. Curcellaeum sibi qvæsi *Ducem* sequendum proposuerat, ita ad dictum loc. eadem verba, qvæ Curcellaeus ipsi, ac si minus germana essent, perfauserat, duobus etiam uncinulis inclusa, diversis typis curavit imprimenda, subjecta eādem, qvam a Curellæo modè audivimus, admonitione, qvōd videl, & ipse *Syrus* hoc dictum non interpretatus fuerit. Sed & Simonius, qvi in vituperata aliquoties *Hijeria* suā *Gratia* N. T. adeo etiam expunctum hunc

hunc versum cupit, p. 214. itidem *Syros* nobis objicit, qvi diversarunt
licet sectarum, adeoqve Arianismo non infecti, hoc tamen testimon. in
sua Vers. nullibi agnoscant, idqve in authentico Cod. Gr. non extitisse,
indeconatur evincere. Qvamobrem & Majum (l. d. p. 235.) id
solum heic respondere videmus: *nibile ex Syria ceterisq; Orientali-*
bus Translationibus concludi validè posse, quam recentiores illæ sint, &
ex Codice corrupto transferri potuerint. Quemadmodum & in suis
Di&ti hujus *Vindiciis* (statim post init.) Th. Smith. non aliter huic obje-
ctioni occurrendum putavit, qvam ut diceret: *Syriacam ut & Arabi-*
cam Versiones ex corruptis exemplaribus expressas esse, quarum anti-
quitas, quicquid contendant aliqui, longè infrà primi Conc. Nicenii tem-
poras subcidat. Unde de illorum heic consensu mihi plurimum gratulor,
qvi ex hujus etiam Loci consideratione primam totum hoc de *Syre Vers.*
N. T. Antiquitate argumentum accuratiùs perqvirendi ansam cepi, nec
alia melius responsonie his adversariis posse obstrui nunc arbitor.
Vereor enim, no, si forte qvis dicere ad hæc velit, erasum etiam hunc
versum e Codicibus Syriacis fuisse, uti ex tot Græcis factum esse con-
stet; respondere Sociniani possint: non tamen sic ex omnibus ac sin-
gulis Codd. Syris expungi illa verba potuisse, cùm nec in Græcis Codici-
bus universalem defectum illum fieri potuisse statuamus; at verò in nul-
lis N. T. exemplaribus Syriacis, etiam vetustissimis, qvemqva unquam
aut usqva istud testimonium legisse; qvod & omnes fatentur, qvia
nec dum hodie, ubi reliqua tamen, qvæ in antiquissima Versione nostra
Syr. N. T. etiam defuerant, a Lud. de Dieu & Pocockio, ex aliis recen-
tioribus Syrorum Versionibus, ad N. T. perfectionem suppleta sunt, ibi
habetur, ut velex *Biblii Polyglottis Angl.* diligimus. Gutbierius qvidem,
unde in sua N. T. Syr. editione nuper istum V. 7. adjecerit, nescio, nec
ipse indicavit, procul dubio ex suo illud ingenio, ne qvid perfectionis
huic etiam Paraphrasi posthac deesset, præstitit, nisi à *Tremellio* mutua-
vit, qvi in *Vers. Syriae N. T.* nostris Latinis, hic ad marg. ita hæc vertit:
דְתַהֲרָא אֲנֹנוּ רְזָהִין בְּשָׁמֵא אֲכָנָה קְרִישָׁא וְרוֹדָה
ubi tamen addit. *Quis non modo in impresso, sed etiā in M S C eo*
Codice Heydelberg. omittebatur, nec in omnibus vetustis Græcis Codicibus
legebatur, textui inserere non sum ausus; ne tamen versiculorum fie-
ret perturbatio, utq; eorum numerus responderet numero versiculorum
Græci textus, à sexto, transi ad octavum. Gutbierius vero hæc qvemad-
modum

D

modum

modum Tremell. habet , textui ipsi inseruit, nisi quod in voce דָּחַרְרֵן præfixum, uti & in seq. Versu est, omiserit. Neuter tamen vel sic vulnus hoc omne sanavit, cum in sq. vers. 8. illud ἐτῷ γῆς, quod etiam in Syriaco suppleri per vocem נֶגֶר debuisse, ibi æquè ac in aliquot exemplaribus Græcis, adhuc deficiat: Nam illud quoque in aliquibus Codicibus ex Consilio omisum est, ut omnia congruerent, ne videl, lacuna ac fraus ista patesceret, ut acutè conjicit Smith. in dictâ Defens. hujus Loci. Sed tamen, quod alias observatu dignissimum est, multi codices (Græci) qui non habent vers. 7. ista verba (eo τῇ γῇ) retinuerunt, que testes in cœlo, superiori versu memoratos, necessariò inferre videntur; Parallelismus enim εἴη, inter testes tum in cœlo, tum in terra, & in numerō &c. ut idem ibi Anglus loquitur. Nec ipse Socius diffiteri potuit, illa verba in quibusdam emendatis exemplaribus (intelligit ea, que versu 7. carent) inveniri; quale est, ut vel obiter id notem, Alex. ndrinun illud celeberrimum, a Cyrillo Lucari, Patriarcha primum Alex. postea Constantinop. Carolo I. M. Britann. R. dono missum, quô ut thesauro prorsus inæstimabili Bibliotheca Regia ad S. Jacobi ditata est, quodque manu Thecle, nobilis istius Ægyptiæ, Martyrii coronam Imperante l. sciente Diocletiano (ut in suppl. L. VIII. Hist. E. Euseb. C. 3 legimus:) adeptæ, exaratum, Patrit. Junius, in præf. ad I. Epist. Clement. R. à se editam, aliique credunt, cui tamen tantam antiquitatis gloriā aliqui, cum laudato Smithio & Majō, denegant Sed hæc īcōntra dicitur.

S. XVII. Quod si vero omnes facile Syrorum Codices potuisse hōc locō fraudari putares, tum imprimis, quando Ariani omnes Ecclesiarum parietes possidebant, ut Hieron. in Pial. 133 conquestus est; vel eo tempore, quō querebatur & quærebatur Athanasius. (in Epist. ad Solitariam vitam agentem) Quæ nunc Ecclesia Christum liberè adorat: siquid mea, si pia est, periculis subjacet; incertum tamen valde esse, responderem, num omnes etiam Syriacæ in Oriente Ecclesiae adeò Ariani mo infedē fuerint, ut omnes Syri codices, nullo superstite, hanc ibi jacturam passæ sint, quod nec Græcis contigit, et si in Ecclesiis Græcis illa certamina tanto cum fervore agitata fuerint. Unde, si Verl. nostram N. T. Syriacam non tantæ esse antiquitatis, verum est, satis recte nos tum alii quibuscumque adversariis, qui non nunquam aliquid præsidii in his ponunt, (dicente Dilherro, in Praef. Rud. Gram. Syr.) tum vel imprimis Socinianis, Syrum hic nobis Interpretem, Capitis Meduse in stat

star, semper obvertentibus, opinor responsus: *Syri autoritas non
non fringit; quæ ipsius Cællii vox est, contra Grotium, Syri auto-
ritate similiter pugnantem, iactata, in L. de Satisfactione, Opp. T. IV. f. 21.
quam eò minus repudiare Socinianis licebit, quò magis eorum ocu-
los hujus ipsorum Doctoris autoritas aliàs perstringit.*

S. XIIIX. Neque etiam tanta est per omnia *Syri* hujus Interpretis ἀνεβασσα, quin sèpèis turpiter quoq; lapsus deprehendatur, ac ψευδερμικεῖς haud paucarum reus agi queat. Speciminis loco esse poterunt, quæ ex solo Mattheo collegit Cl. quidam M. Witteberg. Disputatione aliqua (quam ad manus nunc non quidem habeo, unde nec Autorem nominare jam possum) cui inscripsit: *Mattheus Syrus, cum Greco collatus.* Sic *Syrum* sc̄ interdum planè accommodare ad ingenium *Vulgari*, B. Dorscheus, in *Comm. posthumo ad Marcum, Prolego*: p. 12, observat, (etli illam sentent. videri absurdam, satis audacter pronunciet Leusdenius in *Philol. Ebreo, mixto, Diff. IX. p. 67.*) Eumque cum Hoc ita falsum esse, ex *Luc. I. 28.* speciatim probat Spanhem. *Dub. Ev. P. I. Dub. 23. p. 179.* nam τὸ κέχαρτωμένη ibi reddidit: *טבורה* i. e. gratia plena, qvòd ex *Vers. Vulgata* Spanhemio qvoq; videatur inseratum, tum, quia *Eph. I. 6.* ubi verbum activum occurrit, aliter longè vertitur; tum, quia vis verbi alia est, & aliis significatus, ap. profanos etiam *Scr. Syrus* ḡs potius fuisset dicturus נָתַחֲנָתְהַלְתָּא veltale qvid aliud, accedens magis ad vim vocis Græcæ. Qvale qvid & ex *Io. VII. 39.* colligi posse videtur, ubi verba Gr. οὐτοῦ μάζαν, qvæ *Vulgatus* reddidit: nondum enim erat *Spiritus datus*; (omissâ voce *Santus*, & additâ voce datus) *Syrus* ita pariter *Vulgato* consentit לֹא גִּיר עֲרָכֵל אֲתִיהָבָתְן הַזֶּה רֹוחָה Ubitamen, qvemadmodum & aliàs, qvando *Syrus* textum *Gracum* videtur deserere, notandum est, non certò dici statim posse eum s. per incuriam, s. ex imbecillitate humana, lapsus esse, cùm interdum qvædam sic vertere potuerit, fretus lectione Codicis sui, ab alio licet, vel aliis, discrepantibus; aut destitutus exemplaribus aliis, qvæ conferre aliàs cum suo potuisset. Ita immerito qvis *Syrum* reprehenderet, qvòd *Rom. XII. 11.* τῷ καιρῷ δὲ λένοντες, verterit; פְּלִחִין לְמַרְכּוֹן cùm nonnulli Codd. Græci, immò plurimi, qvique optimæ notæ esse censerunt, h. I. τῷ κυρίῳ δὲ λένοντες legant. (nisi heic illa cuiquam Sauberti observatio placeat, qvi d. I. p. 9. vero simile esse, ait, ubi *Syrus* a fonte deviaverit, in Græcis quibusdam Codd. marginalibus observationibus de-

D2

diff

M. Thomas Hav
1688.

disse ansam, & has tandem pro variis Lectionibus reputatas esse.) Illud vero, quod modè dixi, in omnium etiam Versionum Censura probè observandum est, quia hoc neglegētò adeò se turpiter scèpè nonnulli dede- runt. Exemplum ecce! in Hier. Em̄ero, qui (ut hoc vel obiter memo- rem) optimam B. Lutheri Versionem, in *Notis ad N. T.* (postea sing. libellò aliquoties editis) heic ille iuste arrodere ac temerè castigare præsumit. Is quippe toties Græcum textum à Lutherò desertum clamitat, ignorans, alios & quandoque plurimos Codd. Græcos à parte Lutheri stare, cùm ipsi scèpè vix unus aut alter patrocinetur; quod aliquot etiam exemplis Jo. Saubert. in *Prolegg. ad Varias Lect. Textus Gr. in Matth. p. 31* sqq. bellè ostendit. Et simili se ratione, cum aliis Pontificiis, turpiter dedit, Luthe- ranorum ille πάντζ & magnus obredactor, Scabiosus ille Gretserus, quem mendaci prorsus elogio (sicque vel ob id isti homini convenienti) magnum Lutherianorum domitorem ac malleum appellare non erubuit Alegambe, in *Bibliot. Soc. Jes. p. m. 119.* Is enim (in defens. *Controvers. Bellarm. T. I. Col. 290.*) in Lutherum peracerbè invehitur, quod ante dictum v. 7. I. Joan. V. in *Vers. suā Germ.* omiserit, causamq; se dicit non reserire aliam, quād, quia præter cetera hoc etiam publicum monu- mentum sui in Arianos amoris spectari voluerit. Ubi cogitare Jesuita debuisset, non omnes illos hæreticos, Arianorumve Patronos proclaimari posse, qui istud dictum aliquando in suis Codd. non habuerunt, nisi etiam Cyriillum, Nazianzenum, Ambrosium, Augustinum, aliosque eodem ha- bere loco velit. Lutheri vero Codicem Gr. isto caruisse, ut certissimum, ita nil mirum est, cùm tot etiam Codd. alii Græci vetustissimi, a B. Korthol- to, in *Tr de Can. Ser. S. C. 16.* aliosque nominati, eodem destituantur. Sed ut ad priora redeam, insignis quoque illa, & circumplexo interpre- te indigna valde φαλαρίσα est, quando *Syrus, Actor. III. 21* ubi de Christo exaltando dicitur: ὅτι ἡπαύρη μετά δέκαδα, vertit: רְלֵה וְלָא רְשִׁמְיָה דְּנַכְּלָן plane ad perversam Calvinianorum men- tem, quasi *subjectum propositionis* h. l. sit, non artic. ὅς, ad Christum, ex verbo præc. respiciens; sed Cælum, hocque adeò Christum hominem, certo loco creato & corporeo, tanquam conclavi, inclusum usque ad ex- tremum judicii diem continet; quam & in rem ad hunc locum non re- centiores solum Calvinn. sed jam ipse Beza, (*Vid. Not. ad N. T. h. l. & con- tra Joach. Westphalum, Vol. I. p. 251. q.*) provocare solent, cum tamen istud

istud dogma sanæ Theologizæ adversari, dudum nostrates Theolli. ex Scr. S. demonstrârint. Unum hoc addo, qvod mirum sanè Vertumnus fuisse Syrum (qvisqvis ille Interpres fuerit) arguit, nempe de voce Ἰανυκίς, in Actis Ap. aliquoties obviâ, qvâ Scaliger, (in Animadu. ad Cbron. Eus. An. 1734.) Heinsius, (in Aristarchop. p. 207.) Goodwinus, (in Mos. & Aron. p. 14. c. 3.) Brerewoodus (in Scrut. Lingg. p. m. 232.) alii-que, judeos designari statuunt, per Græcas regiones dispersos, adeoq; in adhibendâ Grecâ ἦῶν ὡν Versione, Gracissantes; cum Salmasius contrâ, (in de Hellenist.) Crojus, (in observ. ad N. T. C. 31. sqq.) Suicerus, (in Thes. Eccel. sub voce Hellenistica,) Walæus, (ad Act. VI. 1.) Basnaijus, (Exercitt. anti-Baron. p. 5.) Majus, (in Exam. Hist. Crit. N. T. Simon.) Conring. (in Comment. Cbronol. Sec. I. p. 1.) aliique, Proselythos ex Gra- cis eâ significari contendant. Hic vero Syrus plane sibi non constitit, adeò ut parti utriqve se æqvè faventem præbuerit, sibiqve ita ipsi aperte contrariatus sit. Nam Actor. IX. 29. εἴλιοι reddidit: יְהוּרִיא אִירֵן וְהַרְיוֹן יְהוּנָאֵרִי. i.e. iudei illi, qui sciebant Græcè. At mox C. XI. 20. eandem vocem vertit: יוֹנָא תְּלִמְרִיא יוֹנָא Græci, & C. VI. 1. יוֹנָא תְּלִמְרִיא. En Polypo mutabiliorem! At verò, licet ita eum non ra- rò dormitasse, assetam, non parum tamen ex Syria illa N. T. Versione uti- litatis, non exiguum fructum redire, omnino credo & lubentissimè fate- or: id quod Laur. Fabricius in Praef. Gram. & Lexico Syr. Crinesii præ- missis, Leuldenius l. d. p. 68. sq. Dieu in praef. Gramm. Ling. orient. Ein Animadu. ad N. T. Waltherus, l. d. p. 302. sq. Gutbierius in Praef. N. T. sui Sy- riai aliiq., exemplis haud paucis probatunt & illustrarunt. Mihi hic ve- rò iactatam ejus Vers. antiquitatem pariter atq; autoritatem, ut ea vel di- vina, vel Græco textui æquiparanda censeri debeat, per allata redi posse dubiam, ostendendum saltem fuit.

§. XIX. Et verò dubitationem mihi auget, quod aliquot adhuc post Nat. Chr. leculis omnes etiam in Palestina Ecelesiastis, Græ- cis Vers. Biblicis in suis semper Liturgiis usas esse, constet: Ex quo non solum colligimus, Græca ibi tunc vulgo adhuc fuisse cognita (ad qvid ergo fuisset Syriaca N. T. ex Græco authenti o translatio, cùm fontes utique sem- per Versionib; etiam optimis, præstent?) sed & Syram, si quæ tum jam extitisset, Paraphrasin ne pari qvidem, cum Græcis, autoritate esse gavism. Hieron certè in; ref. Comm. ad Dan. de Græca Tūr. Versione

ab Origene obelis, asteriscis, lemnijs & hypolemniscis notata, scribit: Omnes Christi Ecclesias, tam Græcorum, quam Latinorum, SYRO-RUMQUE & Ægyptiorum, banc sub asteriscis editionem leg. re: Et Syros hanc quoque in suum sermonem accuratè & rata ῥονδρ, signis istis ubique additis, convertisse, luculentus testis Andr. Masius est, qui in dōcīss. præf. ad Josuam, (quem ex istō Origenis studiō figuratum, cum Vers. Lat. Antvverp. 1574. edidit) se Syriacos istiusmodi Codd. Deuteronomii quidem bonam partem, & Historicorum V.T. Librorum tantum non omnium, possidere scribit, Ann. Alexandri 927. h.e.ex Usserii calculo, An.Ch. 626 exaratos. Sic & Eusebium, Cæsariensem in Syria Episc. aūspiciis ac jussu Constantini M. novam Bibl. Verl. Græcam ex Ebræo fonte adornasse, ex L. ipsius IV. de Vit. Conf. C. 36. sq. novimus, cuius & Sozomenus, L. II. ac Socrat. L. I. Hisor. meminērunt. Lucianus quoque Samosatenus, Eccl. Antioch. Presbyter, in gratiam Antiochenorum Sec. III. novam Bibl. Græcorum tum V. tum N. Testamenti, (ut Hieron. in præf. ad IV. Evang. ad Damaſum, testatur) emendationem; aut, quod cum Euthymio Nicetas etiam Heraclensis refert, (in proœm. Comm. ad Psal.) novam Bibl. Versionem Græcam suscepit; quod ejus studium mirificè Athanasius, (si quidem is autor est, in Synopſi, sub fin.) Suidas, aliquæ celebrant, eumque ita ἐνδοτικὴν γένεται μηδὲν ἔματον ή τεττὸν ἔχεσσα Christianis concinasse, prædicat Euthymius, quam etiamnum in multis Orientis Ecclesiis superesse putat H. Voss. (in præf. Append. de LXX) ex qua & Variianum Cod. Gr. descriptum esse, Masius, in Comm. ad Jos. p. 125, & Courting. p. 18. Ep. Grat. ad Aug. D. Brunsv. suspicantur. Multis itaque seculis, in tota Orient. Ecclesia, ubiq; Græca Lingua frequentata, eaque Versionibus Bibliorum Græcis (sc. V. Test. cur adeo neque foniibus Græcis N. Test. ?) in publicis sacris suis usæ est, quod abundè rursus hæc Hieronymi nos verba, ex præf. ad LL. Paralip. docent: Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudant autorem; (i. e. Correctorem) Constantinopolis usque ad Antiochiam, Luciani Martyris exemplaria probat: medie inter has provincias Palestinos codices legunt, quæ ab Origene elaboratos, Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: eotusq; orbis hoc inter se trifaria varietate compugnat. Qyanquam ea ex parte repugnare illis videntur, quæ antè ex ejusdem Hier. præfat. Comm. in

in Dan. adducta sunt, qvæ tamen inter se conciliare ingeniose studuit Vir Doctiss. H. Valesius, in Ep. ad Jas. Usserium, p. 315.

§. XX. Porro non mihi nulla semper de tanta Syriaci N.T. nostri antiquitate visa est dubitandi ratio, perpetuum antiquissimorum Patrum, & Ecclesiasticorum Scriptorum, etiam eorum, qui in Orientalibus regionibus vixerunt, scriptaque varia reliquerunt, quin & omnes S. Scripturæ Versiones editionesque tantâ cum curâ conquisiverunt, de hac tam celebri ac certissima, imò divina omnino Versione (ut a Frantzio l.d. vocatur) silentium; unde jam Bellarmine etiam non exiguum natum esse scrupulum video, L. II. d. Verb. D. C. 4. nec non B. Gerhardo, in Meth. St. Theol. p. 68. Exeg. Loc. I. §. 509. itemque B. Walthero, in Offic. Bibl. P. I. p. 301. Annon verò Origenem, Adamantinum illum post Apostolos Ecclesiæ Magistrum salutatum, & χαλκεγγ, cum stupenda illa Hexapla aut Octapla (Opus illud Ecclesiæ, ut nominabant Veteres, quod Eusebius, Hist. E. L. VI. C. 16 & Ruffinus in Lat. Euf. Vers. Epiphani. Hæres. LXIV. n. 3. inque L. de ponderr. C. 17. & Hieron. in G. 3. Ep. ad Titum, in Cat. Scr. Eccl. C. 54. inque Epist. ad Sunniam & Fretellam, tantis laudibus celebrarunt) conderet, istam quoq; Syriacam Bibliorum Paraphrasin, ipsorummet Apostolorum vel Apostolicorum Virorum curâ editam, æquè, vel citius ac Græcas Aquila, Symmachi, & Theodotionis, immò illas, nescio in quo dolio, quove spe- cire repertas, qvas Quintam & Sexiam appellavit, iisdem inserturum fuisse putemus, si exitisset? Annon Hieronymus, diligentissimus ille Ebræorum, Græcorum, Latinorumque Codicum Censor, Emen- dator & Interpres, Philologus ac Criticus sui temporis fortè unicus sed præstantissimus, de ea quicquam totâ vitâ inaudivisset aut ullibi unquam meminisset? qui tamen famosum illud Evangelium Matthei Ebraicum (quod, ut in Dial. III. adv. Pelag. scribit, Chaldaico quidem Syrog; sermone, sed literis Ebraicis erat scriptū) a Nazaræis, qui Berrhœæ, in urbe Syriæ, eō utebantur, illud describendi facultatem obtinens, in Græcum Latinumq; sermonem transtulit, fatente ipso, in Catal. Scr. Eccl. ad nomen Martb. & Iac fratribus Dom. Annon Epiphanius, & vel imprimis Eusebius, ipsi Palestini, & hic quidem Cesariensis in Syriæ Episc. qui ad ipsa Archiva & publica γραμματολαχεῖa Edesse admissus, exinde ante memoratas illas Christi & Agbari R. Epistolas, ἀντὶς πίνακον ἐκ τῆς Σύρων Φωνῆς I. quoad verba e Syrorum lingua translatas, suo L. I. Hist. Eccl. C. 13. inferuit, aliquam istius Versionis habuisse reliquisset notitiam

notitiam? An verò Eusebium, dum, qvæ Thaddeus cum isto Agbaro R. egerit, vel ex ipsis Regiis monumentis ad notitiam ejus pervenerunt, & ab eo l. d. tot cum circumstantiis relata sunt, restam memorabilis planè fugisse, hincqve ab eo memorie non prodita fuisse, credi potest? quem tamen alias de Ebraeo, quod Matthei ferebatur, Evangelio, vel ex solo, eoq; incerto, rumore mentionem toties injicere non piguit; (vid. Hist. Eccl. L. III. c. 24. 25. & 39. L. V. C. 10.) quiqve vel Aquila, Symeoni, Theodosionis & Origenis, in vertendis accurdisque Scripturis, studium posteritati studiosè commemorare haud gravatus est. (V. Hist. Eccl. L. VI. C. 16.) Sed heic audire mihi jam videor, plerosqve Patres Syriae ignorasse, adeoque Origeni etiam ipsi nihil de ista Versione forte constitisse; atq; ideo hanc eum non simul edidisse: Imò eodem modo fore concludendum de Paraphraſſ. Chaldaicis, qvod tum nondum extiterint, quia Origenes eas non simul Operi suo inseruerit, & Hieron. earum non meminerit. Ego verò, si concederem, quod tamen minime concedo, Origenem, cum plerisque Patribus, Linguæ Syriae expertem fuisse; Annō nihilominus constare ipsi de Versione illa Syr. potuisset? annō & Thodoritus, et si Romanam, Ægyptiacam, Persicam, Indicam, Armeniam, Scybitam, Sauromaticamque linguas non omnes calleret, Versiones tamen biblicas in illis extare, compertum habere potuit? (Vid. L. V. de cur. Græc. Affect.) Annō sic potuisset alterius operā ad hoc Origenes uti, qvò tam splendidum illud Ecclesiæ Opus ed redderetur magnificentius? vel annō potuisset Syriae tantus Vir (qui, ut ex Hieronymi Catal. de Scr. Eccl. c. 54. constat, Ebraica etiam contra etatis licet, gentisque sue naturam, sibi familiaria reddiderat,) perdisce-re, si tantam inde utilitatem sperare potuisset? Annō alios Ecclesiæ Doctores, sc. Syros, ad id suam Versionem ipsi eommendatur os existimamus? Sed qvod de Paraphraſſ. Chaldaicis, ab Origene etiam ibi omissis, obiici posset, ne eam quidem ob causam Targumim tum jam extitisse, cum Havemanno, in der Wegeleuchte/ App. p. 59f.) statim negare opus mihi sit, facile dilui posse putō: illæ enim tantæ neqve celebritatis neq; auctoritatis apud Christianos tunc fuerunt, utpote a Judæis, Christianorum hostibus, nec sine intermixtis subinde fabulis concinnatæ; quād quidem illa Syria Scripturæ S. Verso, quam ipsis Apostolis vel Apostolicis Viris acceptam Syri retulissent. Accedit, quod isto ævo, eum tot subinde per se cutionibus Christiani affigerentur, non liceret his cir-

ca novas illas Judæorum Translationes adeò esse curiosis, unde pluri-
mistas fortè ignoravere; id qvod eò magis credibile est, quò certius
constat, ipsos inter *Judaos*, *Targumim* fuisse paulò rariores, siquidem
mirum ceteroquin videri posset, de *Fl. Josepho*, curiosissimo gentis suæ
antiquitatum Bibliothecario, qvod in omnibus LL. suis nūpiam de his
Targumim quicquam perhibuerit, observante Pfeiffero l.d. p. 231. Sed be-
ne est, qvòd ipse *Elias Levita*, præf. in *Melburgem*, nobis hīc suggerit,
antequam inveniretur, ait, ars Typographica, non exstabat *Targum Pro-*
phetarum & Hagiographorum, nisi et unum in tota quadam provincia,
vel ad summum duo Exemplaria in uno Clima. Tandem neq; hoc nihil
heic esse puto, quòd *Judæi* procul dubio *Targumim* clam Christianis ha-
bere studierint, faciliè odorati, hos argumenta sat valida pro Christ. Relig.
veritate in iis reperturos, siveque metuerint, ne suo se ipse gladio jugu-
larent; unde non quidem tantò pere cum *B. Helvico* (in præf. L. de
Paraphraſ. Chald.) hic fortè quis mirabitur, tot Paeres earum non me-
minisse. Et hanc ipsam quoque esse causam arbitror, qvod Epiphanius,
qvem περιάγλωτον alias vocant, & Hieronymus, de iis taceant, et si
hic *Judæis*, *Barbarano*, *Tiberienſi*, *Lyddæo*, aliisque familiariter se fuisse u-
sum, passim ipse fatetur, (*Vid. Ep. 65. ad Pammacium & Oceanum. Comm.*
in Esa. C. XXI. præf. in L. Paralip. & in Jobum.) nec aliás *Chaldaismi* ru-
dis fuit, prout in præf. *ad Dan.* ipse, qui videbar, scribit, sciolus inter
Hebreos, cœpi rursus esse discipulus *Chaldaicus*. Neque *Syriasmi* ru-
dem Hieronymum fuisse ego dixerim, et si Widmanstadius, in præf. N.
T. Syr. ex Gennadio id inde conetur astruere, quia sc. *Ephremi Syri*,
Archelai, *Bardejanisque Opera Syriaca*, antequam Græce essent trans-
lata, legere haud potuerit; quodque *Jacobum*, *Nisibenæ* in Persia *Epi-*
scopum & Scriptorem Syrum, Græcè nondum conversum, ideoque
ipse ignotum, in *Catalogo Ser. Eccl.* non posuerit: Præterquam enim
quod *G. Amira*, *Praelud. 4. Gramm. Syr.* observat, omnino ap. Hieron.
licet obscurius, mentionem ibi *Ephremi* fieri, quando Eum *ad tantam*
venisse claritudinem, refert, ut post letctionem *Scripturarum*, publicè
in quibusdam *Ecclesiis* ejus *scripta (Syriaca)* recipientur; ipse etiam non
solùm de *Peregrinis V. & N.T.* nominibus Librum composuit, qui est in
T. III. Opp. quod nec sine *Chaldaismi* nec *Syriasmi* cognitione potuit;
sed &c, (qvod jam supra ejus verbis diximus) se *Evang. Matthei Hebre-*
um, *Chaldaico* quidem *Syroque sermone*, sed literis *Hebraicis* scri-
E ptum

34 De Antiquitat. & Autorit. Verſ. Syr. N.T.

ptum, descripsisse, & in Gracum Latinumque sermonem transtulisse loco d. fatetur. Immò vel sola illa Hieronymi Epis. ad Marcellam, quā vocem ex I. Cor. XVI. μαρκάριον à magis Syram esse, quam Hebream, judicat, ipsum Syram calluisse ostenderet, nisi id inde satis constaret, quod in Syria is aliquamdiu vixerit, & Antiochiae Presbyter aliqvando fuerit. Et quid de Eusebio fiet, atque Epiphanio? quos Syriacam nescivisse nemo sanus dixerit. Non verò hæc ea de causa heic dico, quasi ne IVtō quidem post Chr. N. seculō, Parapbrasim Syr. ut V. ita & N.T. extitisse credam, ac propterea ad Hieron. Eusebium & Epiphanium provocem; nequam: Nam & ipse ego illam non diu post Aquile, Symmachi, Theodosius, Origenis, Luciani, Hesychiiq; in hoc Stadio labores, circa init. Sec. IV. (quò jam tempore eam extitisse, Hotting. in Diss. de Heptaplis Pariss. probatum ivit) vel, qvoad Veteris saltem Test. jam sub finem Sec. III. esse compositam conjicio, & haec tenus credo. Ostendi verò inde posse, tantum existimavi, ne Origenis quidem tempora illam attingere, nee tantæ, ut fertur, autoritatis esse; & quamvis non diu post orta sit, non tantæ tamen tum fuisse celebritatis, ut vel sic ejus magnifica mentio magis facta apud Patres fuerit, quam aliarum Verſ. quarumcunque; ut, quando Hieron. pref. in Evang. ad Darnasum, Scripturam in variarum gentium linguas translatam esse, dicit: & Augustinus, L. 2. de Doctr. Chriſt. C. V. Scripturas per varias Interpretum linguas longè lateque difusas esse, memorat. Aliás non eqvidem negaverim, aliquam & q̄ obiter nonnunquam post illa, qvæ dixi, tempora apud Patres Antiquos de Parapbrasim Scr. S Syriaca occurrere mentionem. Iplum Hieronymum eam innuisse verosimile est, saltem in Prologo ad Epistol. Canon. ubi infideles Translatores reprehendit, qvicum illo præcipue loco, de Unitate Trinitatis, in i. Job. Epistolā (C. V. v. 7.) posito, perfidè egerint; si non & in Catalog. Script. Ecclesiæ ad nomen Ephrem Syri, Diac. Edesseni, ubi ejus scripta (Syriaca) posse lectionem Scripturarum, publicè in quibusdam Ecclesiis recitari scribit. Præterea, ne de antiquis Syris Scriptoribus dicam, ut Jacobo Syro, qvi Concilio Niceno interfuit, & in tex- tum Syrum varia edidit Commentaria, & Ephremo, qvi etiam universam S. Scripturam Syriacè illustravit, versionisque simplicis ex Ebræo, meminit; qvorum monumenta apud Syros adhuc extare, G. Amira, Pra- lud. ult. Gramm. Syr. testatur: Ambrosius etiam, Hexaem. L. II. C. 8. Basilius M. Homil. L. 2. in Hexaëm. ad Gen. L. 2. circa vocem מִרְחָבֶת Chrylo.

De Antiquit. & Autorit. Verf. Syr. N. T.

38

Chrysostomus, in *Psalm. 94. S. Ebr. II.* & in *Joann. C. I. Hom. I.* Augustinus de *Civit. Dei L. XV. C. 13.* Theodoritus, ad *C. III. Jone*, & ad *Psalm. 104. 113. 116.* Procopius in *Exod. XXII.* aliisque forsan plures, Syrum intertem allegarunt; cuius etiam antiquissima *Scholia Graeca*, *Anglicæ Ἰωνία Versioni adjecta*, subinde meminerunt, aliquando etiam ex antiquis Patribus, ut: Eusebio, ad *Gen. XXXI. 7.* Diodoro, ad *Gen. 27, 29. & 23, 2.* Meliton Sard. ad *Gen. 22, 12.* alisque, quorum loca plura studiosè conqui-
savit Hotting. *Anales*. II. p. 106. seqq. Ubi tamen illud notandum, si for-
tè apud quendam, quartō seculō multò antiquiore, *Syri* mentio o-
currat, (quò *Melitonis exemplum* modò pertinebat) omni procul du-
bio, saltem ex parte, locum habere quorundam sent. à *Sixto Sen. I. d. L.*
4. p. 380. a. relatam, quā *Syra* editio, quam sūpè *Greci*, unā cum ceteris
Grecis ac Latinis edifferunt, à quibusdam credatur esse *Chaldaica*
Translatio. *I Thargum*: (nam *Syriacam* linguā tam late posse ac-
cipi, jam initio dixi) et si de Augustini saltem & Ambrosii allegatis lo-
cis, tale quid non dicendum, ex eorum discrepantiā cum hodiernis
Targumim probare voluerit B. Helvicus I. d. Ubi tamen & hoc probè
observandum duco, difficile de his talibus quandoque esse iudicium, cum
sciamus, paucissimos Patrum suis illa oculis aspexisse aut intellexisse, at-
que tot insuper esse scilicet fuisse *Targumim*, ut hodie ne numerus quidem
certus iniri possit. Quot enim quæsto vel in solum *Pentateuchum*, præter
Targum Onkelosi, memorantur? Est in illum *Targum* aliquod *Jona*-
tbanii, (si modò eius est, de quo inter Buxtorff. in *Abbreviat.* חנוך & רשות
& Serarium, de *Rabbin.* L. I. c. 16. ac *Helvicura*, inde *Paraphr. Cald.* C. 2.
aliosque, controvertitur;) Item *Targum*, quod *Hierosolymitanum*
dicitur, & aliud rursus *Hierosolymitanum*, ut B. Helvicus conjicit è frag-
mentis in *תורת הושע* ad *Gen. XLIX. 29. XXXIX. 25.* sq. *XLIV. 18 &c.* ut
& e quibusdam locis à R. Kimchi, in בְּרֵבֶד adductis, de quò etiam Ger-
son in *Talmude*, p. I C. 30. Et quis tandem ut certum affirmabit, quod,
nam *Targum* hic velille, qui obiter ad id aliquando provocavit, intelli-
gi voluerit?

§. XXI. At vero non desunt, qui cum *Widmannadio*, *Guid. Fabrieo Bodieriano*, in suis ad N. T. *Syr. Pref.* nec non *Bellarmino*, L. II. de *Verb.* D. C. 4. & *Adamo a Conzen*, *Ques. 5. Proœmal. in Matib.* aliisque, ipsum *Evangelium Matthei*, & *Epistolam ad Ebr.* prout in no-
stro hodie N. T. *Syriaco* leguntur, ad *Θεοτοκός* hâc primùm linguâ con-

Ez

scrips.

36 De Antiquitat. & Autorit. Vers. Syr. N. T.

scripta putant: Qvæ sent. qvid veri habeat, heic omnino dispiiciendum. De Evangelio quidem Matth. nemini non constat, uno qvæsi ore antiqvæ Eccl. Patres tradidisse, eum illud, cùm adhuc in Judæa esset, in Ebraeorum gratiam, Patrio sermone s. Ebraicè primū consignasse: Ita enim Papias, ap. Euseb. H. E. L. III. 39. Irenæus, L. III. adu. hæref. C. I. & ap. Eus L V. 8. Origenes, T. 1. in Evang. Matth. teste Euseb. I. d. L. VI. 25. Athanasius, in Synopsi, Epiphanius, hæref. 29. & 35. Cyrillus Hierosol. Catech. 14. Eusebius, I. d. L. III. 24. Augustinus, L. I. de Conf. Evang. C. 2. & Hieronymus passim, aliique plures, attestantur. Qvare summis etiam Viris, tisqve non paucis, (inter quos, ne id dissimilemus, noster etiam Chemnitius, in Harm. Ev. T. I. C. 64. Centuriatores Magdebb. Cent. L. L. 2. C. 10. Danhauerus, in Dram. S. p. 110. & Hagiol. Fest. p. 1181, Barthius, I. V. Advers. p. 236. & L. XLIX. p. 2286. Bœclerus, Hist. Univ. Sec. I. Sect. IV. §. 3. nec non G. Calixtus, in Conc. Evang. p. 1. sq. inqve Epit. Theol. p. 32. Hornejus Hist. Eccl. p. 22. sq. & turpissimus ille nostrorum partium desertor, Pelargus, in Matth. qvæst. 4. fuerunt;) tam constanti Patrum antiquissimorum relationi diffidere, fuit religio; atque adeo, intentione licet sæpe diversa, (Pontificiorum enim plerosque heic ad Græci Textūs autoritatem Canoniam labefactandam ita sentire, nos Baronius, in Annall. ad An. 34. n. 165, 177. Ad. à Conzen, I. d. Salmeron, T. I. Opp. Prol. 35. p. 426. 428. seq. aliique, non finunt dubitare;) aliò qvām Græco sermone Mattheum id primò scripsisse autumarunt: Et si Translationem nostram Græcam, ab Ecclesia ita receptam, cum Beliarmino quoq; (Vid. I. d. c. 7.) illi credant, ac si ea lingua primum scriptū fuisset: Evang. Matthæi; utpote cuius Autorem, Athan. in Synopsi, Jacobū, Frat. Domini; Hieron. in Catal. Ser. Eccl. Marcum; Anastasius, Serm. 8. in Gen. Lucam & Paulum; Theophylactus, Joannem; alii alium esse dicunt. Tamen & Sententiarum inter eos divortia facta sunt: Paucissimi quidem, cum Cajetano, Comm. in Matth. C. I. v. 23. Mattheum in utraq (Ebraea & Græca) lingua scripsisse, statuunt; Plures pro sermone Ebraeo mixto, qvalis eo tempore Judæis vernaculus fuit, & qvale in N. T. Syriaco dari credunt, hic pugnant; plurimi vero de lingua Ebraea pura, qvalis in LL. Vet. T. legitur, Patres loqui existimant, qvale etiam Evangelium Matth. Ebraicum, nescio a quo confitum, Seb. Munsterus, Jo. Tilius, Jo. Qyinqvarboreus & Mercerus ediderunt, qvod, utpote à nemine cum aplausu, à plurimis verò sibilis exceptum, nec Matthe.

De Antiquit. & Autorit. Verbi Syr. N.T.

37

thæi , nec Hominis quidem, Ebraismi satis gnari, esse, dudum Lud. de Dieu, *Animadu. ad Mat. h. in append. p. 501. 529.* Chamierus, *Panfrat. T. I. L. XII. C. 1. B. Pfeiff. Crit. S. p. 62.* aliquæ evicerunt. Mihi quidem sententia tantum media hic oppugnanda est, qvod tamen dum facio, non possum, qvin & extremas simul lœdam ; id qvod verò salvâ omnium diverse sentientium autoritate fiet.

S. XXII. Sed dum non nisi Græcum, qvem hodie veneratur Ecclesia, Matthæi textum *αὐτὸν ποὺν*, & ab ipso primùm *ἐν τῷ θεῷ γεω-* *μῶσιας προφέτου* esse, astrarere conor, lubens hic multas, qvæ afferri ceteroqvin possent, *rationes*, contra illam Patrum traditionem producere supersedebo, tūm, qvod verear, ne, qvod R. Simon. in *Hist. Crit. du N.T.C.V.* (in qvō, ut & seqq., capitibus, lle pariter, nec aliam etiam ob causam, qvám reliqui, qvos dixi, Pontificii, Græcum Matthæum fugillat) in eodem hoc argum. contra Flacium exclamat, mihi etiam hic audiendum sit : *Quorum rationes probabiles producuntur, contra facta, que certa & constantia sunt?* tum, qvod ex abundantia ab aliis, imprimis B. Calovio, *Crit. S. p. 439. sqq. & illis, qui in Matthæum Commentaria jam composuerunt, affatim ea congestæ sint.* Illud vero unum saltem dispiciam, annon (qvod jam inter alios Waltherus quoque *Offic. B.P. I. p. 78. & Hotting. Thes. Pbil. p. 512. sq. olfecit*) de hac, ut ut constanti Patrum relatione, lubitare meritò liceat, qvippe qvorum fides in unum *pax* testimoniū resolvi videtur omnis, cùm ante illum qvemqnam idem tradidisse non constet. Neqve virtus alicui vertendum arbitror, si sententiam, sine solido fortè fundamento ab *Antiquitate* traditam, justis de causis, ac modestè saltem deferat: Cùm ipse R. Simon, in hujusmodi rebus, *Patrum*, qvorum pauci studio Critico incubuerint, nomini- bus autoritate ebe haud moveri nos oportere, in *pref. Hist. Crit. V.T.* doceat; & notum sit, qyomodo alias etiam, non minus universalis qvodam errore, de istis cellulis, in qvibz LXXII. *Interpp. Versionem Bibl. Græcam tam miraculosè condiderint, tot qvondam Patres, Ireneus, Clemens Alex. Cyrus Hieros. Epiphanius, Augustinus, & qui non?* *Justinus* (in *Paran. ad Gentes*) relationi, qvam a Judæis mendacibus is hauserat, innixi, ita turpiter deceptivixerint, donec Hieronymus tandem illas, qvas alias qvis mendacio suo Alexandria extruxerat, cellulæ, (sic ipse, in *Pentateuchum præfatus, loquitur*) demoliretur. Hic autem Papias, non ille qvidem *Ioannis Apostoli Discipulus*, (qvod falso nonnullis, cum

E 3

Irenæo

De Antiquit. & Autorit. Ver. Syr. N. T.

38

Irenæo, ap. Euseb. H. E. L. III C. ult. persvalum fuit; ipse verò in Proœm. Librorum suorum, apud Eus. I. d. non ausus est dicere) sed Aristonis, & Joannis Presbyteri cuiusdam Auditor, quiqve, ut ipse l. d. testatur, si interdum ei occurreret, quicum Senioribus versatus fuisset, curiose sciscitari solitus est, quanam essent Seniorum dictas? ille, inquam, homo novaturiens, & novarum Opinionum traditionumque aucte, quantum constat, primus est, qui ap. Euseb. I. d. hanc sent. aliis persvalit. At hunc Eusebius quædam habuisse ibidem scribit, quæ nudâ vocis traditione ad ad eum pervenissent, Εἶναι τοι πνεύματα ἀρχόλαγος & σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτῶν, καὶ πνεύματα μυδικώντες, inter quæ etiam ejus de regno Christi Chiliaficio error fuerit. Qvod inde factum esse Euseb. censet, quod (Papias) Apostolorum narrationes male intellexerit, & que arcane quodam sensu, & exempli causa, ab illis dicta fuerant, non satis pervidetur, ideo, quia τὸ Φόδερος τοῦ νῦν fuerit, ut ex scriptis ejus concilere liceat. Quis itaque non intelligit, quantum Papiæ judicio hæc etiam in parte tribui tuto possit, cujus tamen relationi, tot alii Patres innoti vissi sunt? Cumque Euseb. I. d. non diffiteatur, Papiam plerisq; post se Ecclesiastis scriptoribus ejusdem erroris (ubi de Chiliasmō ipsius qui, dem loquitur;) occasionem prebuisse, hominis veritate se iuentibus, ut Irenæo, aliisq; quis putet, eum non in hunc etiam errorem secum plurimos, præsertim Ebraismo non tinctos, atque adeo Ebraum Mattheum non reqvirentes, post se abduxisse, jactata ejus antiquitate permotos, eumque adeo improvidè secutos? Etenim, si adducta Patrum Testimonia omnia accurati inspiciamus, neminem præter unum fortè Hieronymum (quo de plura deinde) deprehendimus, qui suis se oculis Ebra. um illud Matthei Ep. usurpasse dicere audeat, sed ex solo rumore, & incerta fama, illud ita omnes perhibent. Quare & apertius ipse Chrysostomus (Hom. I. in Matth.) huic se traditioni diffidere itinuit, nam, ajunt, inquit, Mattheum Ebraicè conscripsisse Evangelium, & malim id extare, quam confolare; Erasmus quoque, (in Scholiis ad Catal. Scr. Eccl. Hieronymi) mirum esse, dicit, neminem unquam fuisse, qui testatur, sibi conspectum fuisse. Sed Papias primus ille fuit, cujus eâ de re testimonium ap. Euseb. I. d. hoc superest: Μάλιστι μὲν δὲ ἐβεγίσθη Διάκετω τὰ Νέα ταῦτα ψαμμίαν, ἡγεμονοῦσε δὲ αὐτῷ ὡς ἡδύτας ἔνας. Quem deinde omnes post illum secutos esse, vix dubitandum est, utpote qui, Hieronymum si excipias, istud se vidisse, haud potuerunt affirmare, Igitur

De Antiquitat. & Autorit. Vers. Syr. N.T.

39

tur Hieronymus solus heic audiendus nobis est, qui non solum in pref.
ad IV. Evang. ad Damasum, N.T. dicit, Graecum esse, non dubium est, ex-
cepio Apóstolō Mattheo, qui primus in Iudea Evang. Christi Hebraicis
literis edidit. Hoc certe, cū in nostro sermone discordat, & in diversos
rivulorum trahentes ducit, uno de fonte querendum est: Sed & in Catal.
Scr. Eccl. ad nom. Matthei, Hunc, scribit, Evangelium suum Hebraicis li-
teris verbisq; compausisse, quod, quis Graecum fecerit, non certum esse; He-
braicum verò suo etiamnum tempore in Biblioth. Cæsariensi extitisse;
sibi quoque a Nazareis, qui in urbe Berrhoea eō utantur, istud describen-
di copiam esse factam; etiam in eo testimonia V. T. non sec. LXX.
Vers. sed secundum veritatem Hebraicam allegari. Idem illud alibi vo-
cat Evangelium, quod appelletur secundum Hebreos; Vid. Comm. ad C. VI.
Matth. uti & in Catal. Scr. Eccl. ad nom. Jacobi fratris Dom. ubi qui
dem porro addit, id ale in Graecum Latinumque sermonem transla-
tum esse, & Origenem sèpè eō uti. Ad Matth. C. XII. vocat Evangelium,
quō utantur Nazarei & Hebionitæ, quod nuper in Graecum de Hebreo
sermone translaterit, & quod vocetur a plerisq; Matthei authenticum.
In Comm. ad Es. C. XI. meminit rursus Evangelii Matthei eorum quod
Hebraico sermone conscriptum legant Nazaræ. In Cap. XIX. Ezech. &
XL. Esa. vocat Evangelium, quod juxta Hebreos Nazaræ legere con-
sueverint: Ad Epbes. C. V. Hebraicus nominat Evangelium, & in Dial.
III. ado. Pelag. Evangelium juxta Hebreos, quod Chaldaico quidem Sy-
roque sermone, sed Hebraicis literis scriptum est, quō utunur usque ho-
diē Nazarei, secundum Apostolos, sive, ut plerique autumant, juxta
Matthæum, quod & in Cæsariensi habetur Biblioteca. Etiam ad Pan-
tani nomen, in dicto suo Catal. memorat, eum in India reperiisse Mat-
thei Evang. Hebraicis literis scriptum, quod is Alexandriae intulerit; id
quod & apud Euseb. L. V. C. 10. memoria proditum est. Sed & aliis
præterea in locis, hujus Evangelii Hieron. meminit, ut: in Comm. ad C.
7. Michæ, ad C. 16. Ezech. ad C. 65. Esa. & forsitan adhuc alibi.

5. XXIII. Ex his vero nunc omnibus patet; I. Unum idemq;
hic ab Hieron. passim intelligi Evang. quod mutata semper appellatio-
ne innuit, quod & Eusebius nunc vocat ὁ μάτιος Ἰβραϊλίον,
(V.H.E.L. IV, 22. L. III. 39. & 25. ubi tamen addit: ὁ μάτιος Ἰβραϊλίον
οἱ τὸν ιερὸν ἀρχιδέξιον καίρον) nunc euayγελιον τὸ μάτιος Ἰβραϊ-
λίον λεγόμενον, quod Ebionites amplectuntur; (Vid. Euseb. L. III. 27. qui-
bus

bus etiam nominibus apud Epiphan. *Heres.* 30. insignitur. II. Illud litteris quidem *Ebraicis*, lingua verò *Ebraeo-mixta*, qualis Christi tempore *Judeus* erat vernacula, quæque in ipsa S. Script. non semel nomen *Ebraicæ*, videlicet ab *Ebraeorum* gente, quæ illâ tunc utebatur, obtinet, (ut *ex Joan.* XIX. 13. 20. *Act.* XXI. 4. XXII. 2. appareat) fuisse consignatum. III. Evangelium hoc illud ipsum esse, quod alii etiam Patres, atque adeo ipse quoque *Papias*, laudarunt, quòque *Hæretici Nazarei & Ebionite*, immo Epiphanius dicit, testante, etiam *Carpocratiani & Cerinthiani* usi sunt, qui istud *Papie*, suo in errore de *Chiliasco* Sectatori, (V. *Euseb.* l. d. L. III. C. ult. & Conf. C. 28. ibid.) procul dubio, ut *authenticum*, commendaverant; eumque adeo hanc de *Ebraico Matthæi Ev.* opinionem, non secus ac illam de *Chiliasco* fabulam, ab hæreticis istis acceptam, *Patribus* post se nonnullis persuasisse. IV. Hieronymum sibi ipsi non constare, num illud *Matthæi authenticum* dicendum, vel minus? Qyamvis enim ipse, secum quasi luctatq; prius illud saltem quandoq; sentire visus sit, deceptus aliorum relatione ac commendatione, præsertim cum studiosissimus esset in Script. S. explicanda ejusque Versionibus emendandis, quo in negotio ipsos fontes, ipsaq; authentica omnino esse consulenda, persuassissimus erat: Satis tamen interdum, quod aliter isto de *Evang.* statuat, ostendit, seq; istud non ex sua mente, etsi alii ita autumaverint, pro *Ev.* *Matthæi authenticum* habere, haud obscurè, si verba ejus rectè perpendantur, prodit. Qyemadmodum & similis animi lucta apud alios deprehenditur: Euseb. qvi L. III. 24. *Matthæum Ebraicis Evangelium suum Patrio sermone litteris tradidisse*, dixerat, seq; tamen *Cap.* illud inter ea recenset, quibus contradicitur; unde vel duo illa esse credidit ac diversa *Evangelia*, aut sibi non constituit, in quo quidem facile excusat, cum omnia tantum ex traditione aliorum referat. Quod id est & de Epiphanius videtur judicandum, nam & ille cum *Heres.* 29. apud *Nazareos* (ut illi quidem jactabant) *Evangelium Matthæi ēβραικον των πέτρων* esse, id est ibi clare, sicuti ab initio scriptum esset, *Ebraicis litteris*, adhuc seruari, dixisset, statim tamen subdit, non sibi confitare, an *Genealogiam Christi amputaverint*; Unde illud nec legisse ipsum, nec vidisse appetat. Idem verò & *Heres.* 30. ubi *Ebionitas & Cerinthianos* cum *Carpocratianis* eodem *Ev.* uti scribit, illud *των πέτρων*, ἀλλὰ *την περιφερειαν* appellat, V. Apparet inde, illud neque ulla ratione pro *Matthæi authenticum* haberi posse, cum non nisi apud *Hæreticos* repertum receptumq; fuerit, nec hodie superet,

præ-

prætereaq; ut ex Hieronymi & Epiphani locis indicatis insipienti patet, multis modis mutilatum, interpolatum ac depravatum fuerit. Tot enim insulæ & absurdæ, maximèque impia sententia ac fabula nomina tis locis ex eo adducuntur, utilius a Viro Ieron. & profectum esse repugnet: quædam etiam ipsi inserta fuisse appareat, ex aliorum Evangelist narrationibus conflata, qualis etiam est *historia de muliere coram Domino accusata*, quam ex *Evang* hoc Ebræo affert Euseb. L. III. 39. quæque alias joan. C. IX. reperitur, &c. (Conf. Hieron. ad C. 65. Esa. & in Catal. Scr. Eccl. ad. nov. Jacobi.) quæ non credibile est, *Græcum Matthæi interpretem* fuisse omisssum.

§. XXIV. Unde tandem concludere licet, Sectarios antè nominatos, habuisse quidem *Evang*. aliquod Ebræum, ex Græco in linguam Judæis, tunc vernaculari initio transsum, quale olim extitisse, etiam minimè dubitat Lightfootus (*Hor. Talmud. in Matth. p. 193.*) & a Pantæno in India reperium esse, facile credi Hieronymo potest; eos verò illud postea subinde ad palatum suum interpolasse, mutilâsse ac depravasse, tandemque etiam Papia novaturienti, & vanas sine scripto tradiciones tam avidè (ut ipse l. d. apud. Euseb. fatetur) captanti errorumque suorum quodammodo participi. Vid. rursus Euseb l.d. & C. 28.) persuasissime, quasi ex Ebræo suo authenticō, aliis, prout potuerint, hoc *Evang* Matthæi transtulerint & in multis corruperint; sicque hunc etiam errorem, Papia traducente, multos Patres, ejus δε χαιρόμενοι magni facientes, invassisſe. Igitur hoc potius ex numero *Apocryphorum Evangeliorum*, qualia [Eusebio L. III. C. 25. & Epiph. Heres. 46. aliisque testibus] non pauca olim extiterunt; quām Matthæi authenticum esse, censendum est, quod, ut reliqua Novi T. omnia, non nisi Græcā linguā, ubivis gentium tum cognitā, a Matthæo Ieron. & exceptum esse, haec tenus manet certissimum, ex qua in alias deinde plurimas, & sic etiam statim fortasse in Hierosolymitanam, translatum est; quemadmodum & alias apud laudatum Epiphan. Heres 30. legimus; *Nec defuere*, (sic vertit Dion. Petavius) qui de Joannis Evangelio confirmarent, illud Ebraicè translatum Tiberiade in Iudeorum gazophylacius affervari, & in secretioribus quibusdam penitralibus recondi, id quod nonnulli mibi, quise ad Christi fidem e Judaismo transtulerant, accuratissimè declararunt; Imò & Apóstolorum actus, in Ebraicum sermonem perinde conversos à Græco, iisdem in thesauris haberi, multorum sermone percrebuit. Ubi benè est,

F

quod

JENÆ Typis JOH. JACOBI BAUHOFERI.

quod non ejus quoque rei notitiam Papias natus est, quem alias, ne nova hinc authentica Ebraea Ecclesiæ obtruderet, metuere debebamus.

S. XXV. Ex hac tenus igitur disputatis facile nunc manifestum fieri credo, minus recte textum nostrum Matthæi Syrum, statui autenticum, cum BB. Paires non nisi de Evang. Matthæi lingua Hierosolymit. (quam diversam esse a Syria & Maronitica, in prefiam probatum est) conscripto, eoque ab Hæreticis depravato, falla persuasione decepti, loquantur. Neque vero dici potest, distinguendum videri hoc adulterinum a genuino & autentico isto Matthæi Evangelio Ebraeo, quod Patribus, præter illud, innotuisse videatur; quodque sit forsitan nostrum Syriacum. Illa enim conjectura nulla est, nec Patres sibi, ut vidimus, satis constant; & factò, quod alius Evang. Matthæi Ebraicum, idque genuinum & autenticum, præter illud spurium, innuerint, quis unquam à se confitendum affirmavit? quare cum Jac. Capello L.H. Vindict. pro Is. Casaub. & ubi vel unicum datur in Antiquitate testimonium, quod quidem nostrum Syriacum, sit illud, autenticum, ut vocant, Ev. Matthæi Ebraicum? Evidem ap. Euseb. L. IV. H. E. C. 22. de Hegeippo relatum reperi, quod nonnulla in Ebraicis evangeliis eis rite ovescanis prorulerit, quæ duo ibi distincta esse appetet; sed quod alterutrum sit Matthæi autenticum, ibi non dicitur; Et Ebraicum quidem non fuisse aliud, quam quod superius consideravimus, è paritate appellationis facile intelligitur; Syriacum vero non nisi peculiarem quandam translationem alicujus Evangelii esse, credibile est, quales a multis quandoque seorsim haud dubie compositæ sunt, ut antè ex Epiphanii verbis liquebat; ut adeò neque hinc colligi possit, istud eundem illum Matthæi, vel alius Evangelista textum Syriacum fuisse, quem hodie adhuc possidemus. At si Syriacum illud Evangelium fuissest αὐτοῖς, qui potuisset Eusebius ipse in Syria Episcopus id ignorare, qui tamen circa Ebraicum Matthæi Evangelium ita fluctuat? Hieronymus certè αὐτοῖς ille hanc in causa testis, & tam sedulus inquisitor, nunquam, ut verba ejus vidimus, nisi unicum illud idemque Matthæi Ev. Ebraicum, id sc. quod pro Autentico aliqui venditabant, quodque ipse descripsit, non verò plura aut diversa, quorum unum authenticum, reliqua spuria essent, reperit, deque eo vix quicquam certi statuere apud se potuit. Id non quidem negaverim, nomen Evangelii sec. Ebraeos ab Epiphan. Hæres. 46. etiam tribui Gacena Evangeliorum Tat-

Ant.

ani, quam ille, eò qvòd Opus hoc ex IV. Evangelistis collegerat, 249
 τον οὐρανὸν appellavit; sed falli in eo Epiphanium, H. Valesius in Annot.
 ad Euseb. H. E. p. 84. a. audacter pronunciat, cum non nisi illud,
 quod Hieronymus memorat, eo nomine in Antiquit. Eccles. gavism
 sit, licet in eo duo ista consenserint, qvod genealogia Christi utroque
 fuerit expuncta. Qvod si dixeris, credibile esse, nostrum, qvod ha-
 bemus, Evang. Matthi Syriacum, esse ipsum illud authenticum, a
 Patribus laudatum, sed ab Hæreticis passim postea corruptum;
 facile respondebitur, præterquam qvod ostendi nequeat, unde ergo
 & qvomodo genuinum hoc exemplar restitutum sit? qvodqve nullus
 unquam ex Patribus, nec, ipse Eusebius, Cæsariensis in Syria Episcopus,
 se illud vidisse, ac pro authenticō habuisse, affirmare queat; jam antè
 ex Hieronymi verbis patuisse, (qvod & ad superiora responderi posset)
 lingua non Maroniticā, sed Hierosolymitanā. Ebræo-mixtā istud Evang.
 conscriptum fuisse. Quod ipsum & inde liquet, qvia PP. illi (qvos ve-
 ra tradidisse hoc in pastu, nunc ponamus,) Matthæum, cum Judæa ex-
 cessurus esset, Patrio s. Ebræo sermone, in Iudaorum gratiam, scripsisse,
 testentur, & qvidem, ut Athan. in Tr. de LL.S. Scr. ac Chrysostomus vo-
 lunt, Hierosolymis: Unde Ev. Matthæi, qvod Patres innuunt, eā con-
 scriptum esse linguā, statuatur oportet, qvalis t.t. Judæis fuit verna-
 cula, quam Talmud & Targum Hierosol. exhibent: istam vero a
 Maronitica lingua plurimum discrepare, jam probatum est, &
 quis Maronit. Syriacam linguam appellaret Ebræam? Et ne longius
 progrediar, provoco ad Matth. C.VI. ubi voci Græco ἐπιστολὴ, in Ev.
 Matthæi Ebræo (Hieronymo ad h.l. teste) respondit vox מחר at no-
 stér Matthæus Syrus habet רסונקן (necessitas nostræ) qvod Syrum
 nostrum Matthæum longe abEv. Matthæi Ebr. discrepare, satis evincit.

§. XXVI. Deniq; nostrum textum Syr. Matthæi, non nisi versionem
 elle, ex subscriptiōe colligere licet, qvæ sic habet: קורשנא קדשו
 שלם אונגלוון כרוצ'ן נסח'ן דפְּלָסְטִינִי; כרוויה רכרא אבראייל בארעא
 Cur vero scriptor istehoe subscriberet, nisi ex alio Sermone transtulisi-
 set, cum quilibet per se videat, qvo sermone qvid conscriptum sit, nec
 opus sit, illud sub calcem monere? Ubi tamen nemo putet, qd simul
 indicet Paraphrastes, se ex Ebreo vertisse, cum id potius ē Græco ex-
 tra dubium transtulerit; sed tantum innuit, quā linguā ipse Matthæ-
 um primò scripsisse putet: Qvare Syrus (qvod etiam argumenti
 F2 loco

JENÆ Typis JOH. JACOBI BAUHOFERI.

loco mihi esse posset) eo demum tempore hanè paraphrasin composuisse videtur, cum opinio illa, de *Authentico Matthæo Ebræo*, jam invalidisset, id quod III. & IV. demum seculō contigit. Atque idem de *Subscriptione Syri in Marco*, dicendum, quæ similiter, quia Marcum Evang. suum initio Latinè scripsisse notat, (heic enim י' סכ' ו' ק' idem est quod evangelizare, s. vel voce, vel scripto, Evangelium annunciare, uti ea de scriptione quoq; subscriptiones tum Peræ, tum Arabis, qui tamen Casaubono in *Exerc. XVI. ad Annal. Bar. An. 34* §. 73. judice, Syri leg. vestigia, explicarunt;) hanc translationem aliquantò serius natam esse, arguit, cum sc. nonnulli jam eam opinionem foverent: de quâ verò, ejusque falsitate. Vid. inter alii, B. Dorscheum, maximum quondam hujus quoque Acad. jubar, in *Comm. postbumo in Marcum*, à D. Mayero edito, prolegg. p. 12. seqq. Dubitare quidem aliquis possit cum Wagenseilio (in *Diss. de lingua Authent. N. T. p. 13.*) num & subscriptiones sint ejusdem cum textu Syr. antiquitatis, quod tamen B. Dorfcheus I. d. p. 1. procul dubio habet; & licet Wagenseilius in *Cod. Ms. Evangelistarum Academiae Altorf. Subscriptionem Matthæi* aliam deprehendit, nescio, num Codicis illius versio sit recentior, cuius generis dari plures, - suprà dictum est, nam subscriptio certè recentior est, quia dicit: אָמַן צְלָחָה עֲמֹן Oratio ejus (Matthæi, sit) nobiscum, Amen. quod sanè Cultum Sanctorum & propriam jam Ecclesiam arguit: Et Syria verò hunc a. D. Jac. Feizero collatum esse, I.E. Gerhardus scribit, in *Analect. ad Annotati. Patris in Matth. Proleg. p. 16.* sequē de ejus antiquitate egisse in *Diss. 2. ad N. T. Syr.* (quas non videre mihi unquam licuit) Sed etiamsi hæc subscriptio, utpote sine dubio recentior, variet a reliquis, non tamen inde satis tutò colligi videtur, illam subscriptionem, quæ in aliis plurimis Codicibus, extra controversiam perantiquis, eadem semper est, non ab ipso statim Interprete adjectam fuisse.

§. XXVII. Sed in orbitam. De Epist. ad Ebreos, quam hodie habemus, Syriacā, nonnullos quoque, quod authenticā sit, opinari, dixi: at hoc operosè heic refellere nolo, quod præstiterunt abunde B. Seb. Schmidius, in *Comm. ad hanc Epist. prolegg.* B. Waltherus in *Offic. Bibl. P. I. p. 29.* aliique, qui non nisi grātē eam ab initio fuisse scriptam, demonstrarunt.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Sufficiant verò hæc contra antiquitatem Verbi nostre Syr. N. T. dubia in præsentia proposuisse, quæ sane tam canam, quam ipsi haud pauci adscribunt, Antiquitatem, eique innixam Auctoretatem quodammodo hactenus mihi reddidere dubiam. Et suas fortes habuerunt causas, quos nunc, quoad memoria le offerent, nominabo, Viri Doctissimi, qui se non minus de tanta ejus Antiquitate dubitare passim confessi sunt. B. Jo. Gerhardus in Meib. Stud. Theol. p. 68. & in Exeg. Loci 18. 502 ac B. Waltherus in Offic. Bibl. P. I. p. 501. illâ præcipue, quam ipse §. XX urgebam, causâ motisunt, ut supra dixi: quæ & Bellarmine d. l. in transversum egit, adeo, ut illam & Theodoritum ac Damascenum recentiorem statuat, quia hi ejus non meminerint. B. Dilherro quidem, hic in pref. ad Rudim. Gramm. Syr. placet τὸ ἐπέχειν, sed tamen haud obscurè in nostram sententiam prominet. Leuldenius quoque in Philologo Ebr. mixt. Diff. IV. p. 67. quando confecta sit Syra N. T. paraphrasis, se nescire, fatetur, quanquam mox, Jo. Rainholdum memorans, qui eam (ni fallor, in doctiss. Libro suo de Apocryphis) similiter nobiscum ad IV. fermè seculum referat, illò forte antiquiore esse, subjecit. Grotius verò etiam ad Matth. C. VI. non Arabicam tantum & Latinam Verbi, sed & Syriacam factam esse credit, postquam Ecclesiastum & Elieyia jam formam certam acceperat: & Chamier T. I. Panstrat. Cat. b. XII. C. I. §. 14. de nostra N. T. Verbi Syra, incertum esse, pronunciat, quod Bonav. Corn. Bertramus eam Ecclesie Antiochenæ nascenti adscribat; Illamque habere nonnulla, que non omnino placeantur Bellarmino, se facile concessurum. B. Dorischeum quoque eam Verbi Vulgata Latinâ posteriorem facere, jam ante (§. XIIX.) dixi, nec non de Thoma Smith, cuius hanc in rem verba §. XVII. memoravi. Neque nunc repetam, quod itidem ibi jam allatum est, Majia de re testimoniū, qui alibi rursus (scil. C. 29. Exam. Hist. Crit. N. T. Simon. p. 392.) nobis οὐόψις ita scribit: Syriaca (veratio) quidem à nonnullis ab Apostolicis Viris concinnata censetur, qui verba Christi & Apostolorum recentia adhuc, menteque optimè noverint; sed haud abs rede eo dubitamus, & satis aliunde constat, non iante antiquitatis autoritatisque banc translationem esse, ut fonti Græco fermè equiparetur.

§. XXIX. At contrahenda nunc tandem vela sunt. Accuratiūs equidem, fateor, argumentum hoc ab aliis, & a me etiam ipso forsitan ali-

qvantum, tractari potuisset, nisi temporis, ob maturandum in dul-
cissimam Patriam iter, me ursusset angustia, qvæ vel has mihi qvales-
cunqve vix ægrè indulxit meditationes. Qvamobrem rigidi veniam
dabunt Arbitri, (arbitrio enim Doctorum hæc mea dubia principio sub-
jeci.) ubi limam deesse labori huic, ferè perfunctorio, deprehensi sunt,
qvem in Academiis mihi nunc ultimum Divina ad aliam Cathedram
Vocatio esse voluit. Tu verò VALE Illusstre Rostochium, Studiorum
non ignobilior BONONIA Mater, tuā quoqve Canitie jam Venerabilis,
& Excellentissimorum DOCTORUM, Optimorumqve STUDIO-
SORUM frequentiâ desiderabilis ! VALE O dulce decus meum !
VALE O mearum grande decus columenq; rerum ! De Te ecce !
hoc meum semper, qvod in Baduelæ Numo
legitur, votum erit:
FLOREAT SEMPER!



Per.

20.
10.
Perquam Reverendo;
Præcellenti Clarissimoque VERO,
DN.M.BERNHARDOPETRO **Carl.**
Eccl. Osnabrugg. ad D.Cath. Vocato Pastori,
S. P. P.


BX quo Te virtutesque Tuas nosse cœpi,
CAROLE Doctissime, non ardorem tan-
tum in Te erga omne bonorum studiorū ge-
nus inusitatum, sed qvendā quasi impetū
deprehendi, quem dum amore non vulgari
complexus fui, planissimè speravi fore, ut
aliquando inter rariora eruditionis ornamenta numera-
teris. Ingenium in Te igneum, diligentia indefessa, judi-
cium acre; hæq; dotes singulæ cum modestiâ & pietâ
te, sine quâ furiosæ potius stultitiæ, à bonis omnibus &
detestandæ & deridendæ, quâm veræ Christianæq; vir-
tutis nomine censendæ sunt, conjunctæ. Utinam hunc
animum gererent, qvotqvot Divinæ disciplinæ mentem
adpl icuerunt & in quos benignissimum Numen majo-
rem præ cœteris donorum suorum mensuram profudit!
Tu verò Ducem Tuum, D. MOELLERUM, inexhausti
laboris Virum, secutus, postquam ab eodem lummo in
Philosophiâ gradu ornatus es, non tantum illo metioplo
Præside Theologicam Disputationem masculè, pro mo-
re Tuo, in Academiâ nostrâ defendisti, sed illico, ne va-
ni tituli Doctor audires, in superiorem profilire cathe-
dram, & quid scientiarum in pectore Tuo possideres, ex-
plicare instituisti. Cumque itinere in Borussiam insti-
tuto doctrinarum, Tuarum opes non parum locuple-
tales,

JENA Typis JOH. JACOBI BAUHOFERI.

tales, redux in veterum laudum Tuarum materiam
confestim effusus es, iterum iterumque de argumentis
& rarioribus differens, Præsidis Tibi partes cum omni-
um applausu sumendo, & quæ ingenii Tui arguerent
& elegantiam & soliditatem. Nunc cum Divino nutu
in patriam sis vocatus, hæc talia a DEO Tibi concessa
dona citra dubium respicientem, non possum non & Ec-
clesiæ, cui operam Tuam addicturus es, & Tibi,
qui studiorum Tuorum cursum, ad plurimorum alio-
rum exemplum, successu tam fructuoso, tamque lau-
dato emensus es; & mihi etiam ipsi gratulari, qui
nunc in illâ quoque Germaniæ nostræ parte Amicum
habiturus sum, benè mihi conatibusque meis qualibus-
cunque cupientem. Abi igitur DEO propitio, amatus
hic ab omnibus, amandus etiam posthac ab iis, quibus
animi Tui bonitas, & in obeundo officio industria & san-
ctitas morum, ad Christianæ pietatis regulam conforma-
torū, innotescet. Capiat ex Te fructum Ecclesia locupletis,
simū, nec unquam laboribus Tuis desit Divinæ benedictionis
ubertas! Qviq; nunc Respondentis Tui subit officiū, Juve-
nis sedulus & ad laudabilia quæq; natus factusq; JO. JOA-
CH. REUSSIUS, optimi quondam Parentis, ex ædibus
meis elati, pientissimæque Matris Filius, Tuum posthac
sestetur sollicitè pertinaciterque exemplum, pares olim
laudum adreas, functionesque, DEI gloriæ hominumq;
saluti inservientes, Divino Numine providente, conse-
cuturus. Vale, Optime CAROLE! Scr. in mul. d. XVI.
Maji, MDCXCIX. T.

JO. FECHT, D. PP. Consist. Duc. Adsest.
Distr. Rostoch. Superint. & Fac.
Theol. h. t. Decanus.





DE ZIZ SADAL.

31

iapposuere, qvorum duos modò laudamus, Con-
pereur, qvi paucis rem executus est, in præfatione
is Kimchiu p̄emissâ, & qvi prolixius atque ex in-
eodoricum Hackspanium tractatu integro de Scri-
min Theologia usu vario ac multiplici, cuius lectio
ndanda iis, qvi, cum ipsi se harum literarum ru-
nequeant, aliis qvoque pestilenti conatu persva-
l hac omnia ad farinam. Qvod qvidem omnium,
negligunt, intercalare carmen, jamdudum lepidè
leinsius in Aristarcho fol. 699. & nec aliam scientiam
dfœnum quicquam conferre, qvō boves, aut ad car-
iscuntur.

pro assertione nostrâ unum saltem argumentum
colligimus: Cui Elenchus anti-Judaicus deman-
dorum Rabbinicorum, ipsarumqve fabularum Tal-
litio est summè necessaria. Atqvi Doctori Chri-
sti-Judaicus demandatus est. Ergò. Majorē
robamus ab officio illius, qvi cum adversario
greditur, qvippe qvod primò omnium reqvirit,
tentiam ac theſin probè cognitam perspectamqve
B. Dannhauerus in Idea boni Disp. & malit. Sophistæ
I. p. 90. Difficile eſt, inquit, alios refutare velle. Hoc
t, niſi ejus, qvi cum disputat, principia, hypotheses,
& exactè intelligat, ne ludibrium perſoluat ſuo adver-
ſignationem justam. Tum verò in specie à diffi-
cium anti-Judaicarum, qvæ majorem tam circum-
m cognitionem Judaicarum theſium reqvirunt,
tum eſt à Josepho Scaligero in Excerpt. p. 185. Judei
nt, ſunt subtiles, inquit. Justinus Martyr, quam mi-
nem ſcripsit & Tertullianus? Debet eſſe valde peritus
deos volet reprehendere & refutare. Hac ille. Mi-
ra litera Tit. I, 19. ſit ḥuvaroς τες ἀνθέγοντας
verò inter omnes ἀνθέγονες primi & præcipui
te jurati hostes crucis Christi. Conclusio denique
ſimul

v cognitio v
" v disputat
" signat v
" nulli v
v j v Alc
v fabulari
ca